Iacobꝫ frater domini·et symon et iudas et ioseph qui et barsabas·et eciã iustus cognomnatꝰ est·ne ꝓpter iusticiã ab apostolatu fuisse reprobatꝰ credatur fratres fuerũt filij marie cleophe·que alpheo nupta fuit·Symon autem iste dictus est zelotes dictus est et symon cananeꝰ·a cana vico galilee·quod idem est·Cana em̃ zelus interpretatur·habuit em̃ magnum zelũ animaꝝ·Iudas eciam multipliciter cognommatus est·Dictus est em̃ iudas iacobi·sciple frater vt p̃missum est Dictus est eciaꝫ thadeus a trancha·qꝫ est regia vestis·et deus·Vel thadeus interpretaẽ appre hendens principẽ ipse em̃ fuit vestis regia p ornamenta virtutũ p quas apprehendit principeꝫ ꝓpm·Dictus est eciam lebeus·quod sonat cor vel cortulꝰ·i·cordis cultor·Inter p̃missum ioseph et mathiam·sortes iacte sunt et de symone dicit̃ q crucifixus mortuus est·Alij tamen dicunt·q nõ est iste sed symon qui fuit filius cleophe crucifixus est·Iste symon predicauit in egipto·postea vero venit in hierusalẽ·et ibi fuit ep̃us post beatum iacobũ minorem qui dictꝰ est frater domini et ibi crucifixus est·Vixit aũt centum viginti annis et suscitauit antequã moreret̃·xxx·mortuos Vnde in eius legenda inuenit̃ terdenos mortuos mersos fluctibus·humanevite reddidit vsibꝫ Filium em̃ hospitis sui mersũ fluctibus suscitauit Mortuus autẽ est in bothoro·non in postophorio· Postophorium vt quidam volunt·est porticus templi in quo iacebant custodes templi·Iudas autem p̃dicauit apud psas et medos·et mortuus est apud armenos·

De festo omniũ sanctorum·

Qvm singula ydola romanorum·rome templũ habere non possent·Romani vnum templum in honorem·Sceleles matris deoꝝ·et omnium deoꝝ ipsorum fecerũt·quod dictũ est panthion·a pan qꝫ est totum·et theos deus·Successu vero temporum·Bonifacius papa pecit a pocha cesare imperatore constantinopolitano·qui p̃erat romanis templum illud sibi dari·quo obtẽto abiectis inde ydolis·dedicauit illud·in·ydus maij·ad honorẽ beate marie virginis·et omniũ martirũ·et dictum est festuꝫ illud beate marie ad martires·nondum em̃ fiebant festa de ofessoribꝫ·sed solũ de martiribꝫ·Vnde tunc institutũ fuit festũ beati iohis ante portã latinam occasione martirij·quod quantum in se fuit sustinuit·Statuit ergo idem papa·vt singulis annis illa die celebrareẽ festũ de martiribus·sicut in kalende eiusdẽ mensis celebrabaẽ festum aplorum·et in honore beate marie·et omniũ martirum·cantauit ibi·Terribilis est locus iste qẽ·quod tantũ in dedicacione ecclesie solet dici·Ver gregorius·iij·hoc festum martiꝝ transtulit ad kalend·nouẽbris vt tunc collectis terre frugibꝫ·ouenienter ad hoc festũ possent copiosius victualia inuenire·instituens tũc fieri festũ non solum aplorum et martirum·sed eciã trinitatis et angeloꝝ et confessorum·et generaliter omniũ sanctoꝝ et sanctarũ et eciã electorum vt patet in ymno·et illius officium ordinauit·Institutum autꝫ fuit hoc festũ quatuor de causis·Primo ꝓpter p̃missam templi dedicacionem·Secundo ꝓter omissoꝝ festorum supplecionem·Non em̃ ꝓpter ipsarum multitudinem·de omnibus specialiter festare valeamus·Tercio ꝓpter negligenciarum in festis que celebramus cõmissarum expiacionẽ·et hec racio tangitur in sermone·que hac die in ecclesia recitaẽ vbi ita dicit̃·decretũ est vt die ista oim̃ sanctoꝝ memoria habeaẽ vt quicquid humana fragilitas per ignorancia aut negligenciam·vel per occupacionem rei secularis·in solemnitatibus sanctorum minus pegisset in hac sancta obseruacione persoluaẽ·Quarto ꝓpter faciliorem oracionum nostraꝝ impetracionem·Facilius em̃ quod petimus obtinebimus si simul omnes intercedant ꝓ nobis·quia impossibile est multitudinẽ non exaudiri·Vnde in oracione hodierna dicit̃·multiplicatis inter lar·Quare autẽ festa sanctorum celebrentur·dictũ est in ꝓhemio huius ptis·Hoc festum habet ieiuniũ institucionis·nec debet quis cõmedere illa die vsqꝫ ad vesperas·nec ieiunium debet mutari·vt quidam faciunt·ꝓter sanctum quintinũ·quia vero hoc festum omniũ sanctorum est generale ideo variaẽ illius officiũ·ꝓut habetur varietas omniũ sanctoꝝ·Prima enim antiphona et prima lectio·et primũ responsoriũ·de trinitate cantaẽ·quia festũ est trinitatis·Secũdo loco cantanẽ de beata maria Tercio de angelis Quarto de ꝓhetis·Quinto de aplis·Sexto de martiribus·Septimo de ofessoribus Octauo de virginibus·Sono de illis omnibus simul·Auctoritas autem illius officij obseruaẽ in lectionibus sam in quibusdam ecclesijs in hoc festo maior in ecclesia·eciam ep̃s si presens fuerit·lectionem legit de trinitate·scꝫ primã·vel decanus·vel saltem sacerdos·et sic fit desc̃ensus per psoras in legendo vsqꝫ ad pueros·Octauam nanqꝫ lectionem de virginibꝫ legit·vnus ex pueris·Sam semper nonam lectionẽ maioris est legere·Octauũ eciã responsoriũ dicunt de virginibus scꝫ·Audiui vocem·quod cãtatur a quinqꝫ pueris coram altari beate marie virgis·si fuerint ibi candelas in manibus tenẽtibus ad rep̃sentacionem quinqꝫ prudentum virginũ lampades ornatas·accẽsas habencium·Dicit̃ eciam caplm̃·Vidi turbã·apoc·vij·c·Ad missam vero dicit̃ epla·Ecce ego iohs que est apoc·vj·c·Alla·O quã gloriosum apoc·vij·c·Euangeliũ·Videns ihs turbas·math·v capl̃o·In vigilia vero dicit̃ epla Ecce ego iohs apoc·v·Euangeliũ Descendens ihs·luce·vj·c·

Officium mortuoꝝ·

Hoc loco de officio mortuoꝝ dicẽdum est·et quãdoqꝫ vocaẽ agenda·ab ago agis·quia inter ceteras sui significaciones agere idem est·q celebrare·sũ ergo officiũ ordinatum ad celebrẽ defunctorum

memoriam·agenda vocatur·quandoq; eciam vocatur exequie·ab exequor exequeris quia inter alias sui significaciones exequi·idem est q extra alia sequi·¶ Officium ergo seu obsequium in sepulturis mortuorum exequie vocantur·quia celebrat dum mortui extra vmos sepeliendi ferun tur·vel quia extra horas canonicas speciales et singulares habet obseruancias· Hane hoc officium continuat festo omnium sanctorum et sunt tres dies continui·tribus misteriis deputati·Nam vigilia omnium sanctorum dies est afflictionis·solemnitas dies est exultacionis· hodie vero dies est oracionis·¶ In primo nos ieunando affligimus presentis vite miseria recolentes·¶ In secundo beatitudini sanctorum congaudemus graciarum actiones domino referentes·¶ In tercio p hiis que in purgatorio detinent oramus·eis modo penam minorem modo plenam absolucionem oracionibus impetrantes· Siquidem commemoracio omnium fidelium defunctorum instituta est fieri ab ecclesia tali die·vt generalibus beneficiis adiuuent·quia specialia habere non valent·sicut et de festo omnium sanctorum pmissum est· Sicut enim petrus damianus ait·Sanctus edilbo coperiens q apud vulcanum cicilie·crebre voces et vlulatus demonum audiebantur plagencium p eo q anime defunctorum p elemosinas et oraciones de eorum manibus eripiebantur·ordinauit in suis monasteriis·vt post festum omnium sanctorum· fieret commemoracio defunctorum·quod fuit postmodum a tota ecclesia approbatum·¶ Primo ergo videamus a quibus institutum fuit officium mortuorum·Secdo vbi habuit inicium·¶ Tercio de modo celebrandi illud·¶ Quarto de modo sepeliendi· Fuit autem primo institutum ab apls·sed non ab origine vt testatur ysidorus in libro de ecclesiasticis officiis fuit adauctum et ex maxima parte ordinatum· Vnde ipsum commendat beatus augus in euchiridio dicens eum fuisse secundum in ecclesiasticis officiis post apls·Hoc officium inicium habuit in veteri lege·Nam sicut ait ambro· mortuo iacob· ioseph et alii fratres sui cum multis egipciis attulerunt eum in ebron·sed prius fleuerunt·xl·diebus in egipto·et postea fleuerunt eum vij·diebus in zab gen·l·capo·Item legitur in deutro·vlt·c·q mortuo moyse fleuit populus israhel triginta diebus·et similiter fecerunt de aaron et de maria·¶ Item salomon· luctus filii sapientis mortui·vij·diebus·luctus stulti filii sempiternus·ideo quia in eternum punient·¶ Nota autem q quidam faciunt memoriam pro defunctis die tercia seu p tres dies·representantes triduanam domini sepulturam·seu respectum habentes ad resurrectionem xpi qui die tercia resurrexit·resurrectionem cum xpo mortuis peroptantes·seu ad trinitatem vel vt q viuentes triplicit peccauerunt·vicz cogitacione·verbo et ope·remittatur eisdem·Alii vero faciunt missam celebrari·septem diebus seu p septem dies et vtrunq ostendit in libro numeri·xliiij·c·vbi dicitur q qui tetigerit cadauer mortui hominis immundus erit·septem diebus vnde aspergat a qua tribus diebus et·viij et sic mundabit·Hane immundus pter cadauer mortui hominis significat polluta animam pter mortua opa·Celebratur ergo per septem dies· Primo vt defunctus ad sabbatum eterne quietis cicius valeat peuenire·Secundo vt ei remittanem omnia peccata que commisit in vita sua·que p·vij dies ducitur· Tercio pter septenarium anime et corpis· Anima enim tres habet vires·scz racionabilitatem concupiscibilitatem et irascibilitatem· Corpus vero ostat ex quatuor elementis·vt ergo peccata que homo p hoc septenarium siue in hac vita que p septem dies ducit commisit deleatur septenarium mortuis celebrat·¶ Quarto sicut filii iacob defuncti fleuerunt per septem dies vt premissum est ita ei ecclia p suis defunctis celebrat officium septem diebus·¶ Quidam autem faciunt nouendiale·idest officium nouem dierum·vt per hoc officium mortuorum·anime a penis liberate nouem angelorum ordinibus associent·hoc tamen a quibusdam non approbat·ne gentiles imitari videamur·a quibus hoc sumptum esse videtur· qui nouem diebus lugebant mortuos suos·et in nono die cineres eorum piramidibus vel in bustis recondebant·Alii vero celebrari faciunt p defunctis triginta dies vel tricesimo die· Primo quia filii israhel tot diebus fleuerunt moysen et aaron vt pmissum est·Secundo ideo quia ter decem faciunt triginta·per ter enim trinitatem·per decem decalogum intelligimus·¶ Tercenarium g mortuis facimus vt quod in obseruacione decalogi seu pceptorum xpi et contra trinitatem peccauerunt eis dei misericordia condonet·¶ Tercio q numerus lune triginta diebus pficitur·ideo tricesima die vel triginta diebus fit mortuis officium vt opera eorum coram deo plena esse intelligant·¶ Quidam quoq quaterdecies celebrant siue qdragenarium faciunt·vt quod illi in doctrina quatuor euangeliorum et in decem pceptis legis peccauerit sibi condonet·¶ Rursus qui diem quadragesimum seruant repsentant dominicam sepulturam· optates mortuis gloriam habere cum xpo·qui qdraginta horis iacuit in sepulchro·computata hora in qua emisit spiritum·et vltima hora noctis dominice·in qua resurrexit sdm augustinum·¶ Repsentat eciam quia vt pmissum est·mortuo iacob·filii eius luxerunt quadraginta diebus·¶ Alii qnquagenarium faciunt·quoma sicut beda et greg·dicit in glo· super locum illum·vbi habet·q abraham quesiuit a domino volente subuertere sodoma·si quinquaginta fuerint ibi nunq destrues eos·et respodit dominus no·¶ Quinquagenarius numerus pfect est·et significat annum iubileum idest octauam etatem in qua erit remissio et plena libertas·vt ergo anime defunctorum plenariam libertatem·et peccatorum suorum remissionem adipiscantur quinquaginta diebus p illis celebrant officium·¶ Nonnulli eciam celebrant centesimum diem·vt mortui transeant a leua in dextram a malicia in triumphum a terra in celum·a miseria in gloriam·a morte in vitam

Optant eñ illis eternam beatitudinē qui p centenarium vltra quē non est numerus designatur
Quidam vero anniuersariū obseruant triplici de causa. Primo vt defuncti de ām̃s calamitatis p=
uenīāt ad annos eternitatis siue ad vitā eternaz que fine fine est. et quasi annus m se reuoluiē vel quia ibi est ydemptitas et nulla reperiē varie=
tas. Secundo quia sicut sanctorz anniuersarium ad ipsorum honorē et nostram vtilitatē celebra=
mus put dictum est in ꝓlemio huius ptis. sic et āniuersariū defunctorz ad ipsorz vtilitatē et no
stram deuocionē. Tercio dies anniuersarij pro defunctis ideo repetiē. quoniā sēdm augustinū qualiter fit eis in alia vita nescimus. et meliꝰ vt eis supfit beneficiū nostrum. quā desit. Anniuer
sarium autē si contigerit in die dominica. vel in aliqua celebrari solēnitate non debet mutari ad sequentem diem. put fit in festis sanctorum. sed fiat in die p̄cedenti. vt cicius occurraē penis de
functorz quas in purgatorio sustinent. Defunc
ti enim nostro indigent auxilio et beneficio. sed non sancti. Die quidē festiuo anniuersariū non debet celebrari. nec missa ꝓ defūctis dici nisi cor
pus presens fuerit. tunc fic. quia omn tempore potest missa ꝓ defūctis celebrari. cadauere pre=
sente. nisi in pasceue. Tunc eñ non debet corpꝰ intumulari. nec missa ꝓ eo cantari. quia tunc cor
pus xp̄i imolari. nō debet. sed vsqz in crastinum reseruetur. et tūc sez in sabbato potest missa ꝓ illo cantari et corpus sepeliri. Similiter si quis in die paschē moriaē corpus eiꝰ vsqz in crastinū reserueē super terram et tunc cum celebracione
misse sepeliatur. Non enim debet corpus sepeliri absqz missa. quamuis contrarium fiat in plerisqz locis. Licet autē sēdm gabilonēn conciliū. quot
tidie fit ꝓ defunctis orandū et sacrificandum. in premissis tamen diebus. hoc specialiter agiē ab amicis. Siquidē aliqui omni tempe festiuis die
bus dumtarat exceptis. generaliter orant ꝓ de
functis in officio vespertinali et matutīali. Alij missam quottidie ꝓ eis celebrant. Alij in mensis inicio. nouem ps̄. et nouē lectiones. et nouem re
sponsoria cantant. Et quidem sancta et salubris est cogitacio ꝓ defunctis exorare vt a peccatis soluanē. In quibusdaz locis non dicitē in ecclesia officium mortuorum a quinta feria cene dñi. vsqz ad octauas penth. dicentes q̄ omia officia illius temporis debent esse breuia nec in dominicis die
bus. Legitur aūt q̄ quidam abbas ꝓhibuit mo
nachos suos celebrare dñicis diebus pro defunc
tis. sed mortui ꝓpter hoc durissimis verberibz eū afflixerunt. et ideo ꝓhibicionem huiōi reuoca=
uit. Et nota q̄ suffragia que fiunt in ecclesijs ꝓ defunctis valde bonis actiones sunt graciarum. Ille eñ anime que sunt pfecte bone. statim cum egrediuntur a corporibus euolant ad celos nec subsidijs nostris egēt. Pro valde malis fiūt qua lescunqz consolaciones vnorz. eis enim subsidia nostra non ꝓsunt quoniā anime illorz statim de scendūt ad infernū. Pro mediocriter bonis. qui sez fiunt in purgatorio fiunt expiaciōes. Pro me
diocriter malis. qui sez fiunt in inferno fiunt ꝓpi=
ciaciones siue penarz mitigaciones. Nam sēdm augustinū quibus ꝓ fiunt aut ꝓfiunt vt fit plena remissio aut certe. vt tollerabilior fit damnacio
Quidā tamen ꝓ eodem sumunt mediocriē bonos et mediocriter malos. quos vocant nonvalde bo
nos. qui vicz narrant purgatoriū. qui viuentes iniunctā penitenciā non pfeceruntquibus pro=
sunt elemosine. oraciōes. ieiunia et sacrificia que ꝓ eis fiunt. Nam vt dicunt. eis qui sunt in infer
no. nichil ꝓsunt. Illud eciam nota. q̄ sēdm hie=
ronimum cum ꝓ cunctis animabus ps̄. vel missa dicitur. non minus quā si ꝓ quolibet diceretē ac=
cipitur. Circa hoc tamē dici potest. q̄ si suffra=
gia fiunt in speciali magis ꝓsunt illis. ꝓ quibus specialiter fiunt. q̄ alijs si fiunt in genere seu in cōmuni magis ꝓsunt illis qui plus meruerunt in hac vita. vt sibi prodessent si in equali vel maio
ri necessitate existūt. Licet igitē sēdm augustinū non ꝓsunt omnibus ꝓ quibus fiunt. quia tamen nescimus quibz prosint vel non pro omnibz faci
enda sunt. ne aliquis p̄termittaē. Melius nanqz superunt eis quibz nec obsunt nec ꝓsunt quā de
sint eis quibus prosunt. et ideo dies anniuersarij fit. vt p̄missum est. Sed nunquid suffragia eis qui ꝓpter mortale peccatum in caritate non est ꝓsunt ei qui in caritate recessit. Respondeo opa sacramētalia. vt missa officium mortuorz. collec
te et similia. ꝓ talem facta bene valent. sed et de
functo ꝓsunt. tum quia illa a deo non ab opante efficaciam habent. Tum qz ille non ꝓprio nomīe sed quasi sindicus omniū vicz tocius ecclesie noīe hoc agit sēdm ea. que dicta sunt in ꝓlemio q̄rte ptis. Si vero tanq̄ priuata ꝓsona alia sufragia facit. aut hoc agit alio nomine aut suo ꝓprio. Si alieno. vt quia defūcti seu alteriꝰ in caritate exi
stentis iussu de illius bonis elemosinā tanquam minister. ꝓ eo facit. tunc quidem illi ꝓdest. quo
niam is intelligiē facere cuius mandato facit. vt qui mandat solui. ipse soluere videē. Hinc est q̄ pegrinacionis votum ab vno emissum. alter eiꝰ iussu exequi potest. Idemqz est. si duo. quorz alē in caritate est. alter non. ꝓ defuncto psalteriū legunt. et si elemosina daē iusto. vt oret pro de=
functo. Horis etem̄ casibus ꝓdest defuncto rō ne caritatis bonis iusti adiūcti. Si aūt suo priuato nomine. et de ꝓprio quis ꝓ illo elemosinam dat vel orat. vel ieunat. vel alē se affligit. quasi cō
muniter dicunt theologi. q̄ talia in nullo ꝓsunt ei. Nam legiē iob. ix. Scimus quia pcōtores deus non exaudit sed illud ceci. et non euāgelistē fuit verbū. et ysa. primo. Cum multiplicaueritis ora
ciones non exaudiam. manꝰ eñ vestre sanguine idest peccatis plene sūt ymo sēdm augustinum. Dum is qui displicet ad intercedendū mittitur irati iudicis animus ad deteriora ꝓuocaē. Deus enim iniquorz bona non respicit. et iustorz solus oraciōes exaudit. Item dñs per amon ꝓhetam vota pinguiū terre idest peccatorz non recipiā

Verum cum pauci sine crimine viuant · talis sen-
tencia · q̃ misericordiaꝫ et tot suffragia defūctis
adimit et viuorꝫ caritatem ad illos refrigescere
facit nimis dura · et ideo non sequenda videtur ·
Si enim omniū quos conscienciā culpe arguit suf-
fragia odemnamus illi paucorꝫ suffragijs iuua-
buntur · dicēdum est · videt̃ q̃ quanq̃ suffragia
eius qui et si non in caritate in fide tamē est · illi
qui in caritate decessit non ꝓsunt exmerito vite
agentis quia tamē illa fiunt sc̄dm doctrinā eccle
sie · et ꝓ eum qui in fide est · et ꝓ eo qui talia reci
pere meruit beneficia · vbi deficit caritas agen-
tis suplet meritū fidei · et caritas ecclesie · talia
dictantis · ac defuncti capacis suscipientis necnō
et liberalitas dei miserentis · qui secundū ambro-
sium beneficia non reuocat ymo cumulos liberali
tatis amplificat et sua liberalitate opus ab alio
factum ꝓinde reputat · ac si per illū ꝓ quo fit ·
Factum esset · Nam secundū iura aliquo alienū de
bitum exoluente · ipse debitor liberat̃ · et si seruo
legata sit libertas · Si ticio decem p̄stiterit · quo
cunq̃ illa die decem p̄stante · liber est · sed et per
eum qui capax non est alteri legatū et hereditas
acquiri potest · Et his qui ob crimen ꝓ alijs po-
stulare ꝓhibetur · ꝓ se et pro his quorꝫ curam
gerit admittit̃ · Et sc̄dm augustinū quanq̃ in la-
pideo canali nil generet̃ · tamen aqua inde tran
siens terrā fecundat · Et hieroni · Si quādo vide
ris mē multa opa peccatorꝫ · quenq̃ facere aliq̃
que iusta fūt non est tam iniustus deus vt ꝓter
multa mala paucorꝫ bonorum obliuiscat̃ · Hanc
defuncti sciunt suffragia que ꝓ eius fiunt tribus
modis sc̄dm augustinū · Primo ꝓ diuinam reuela
cionem · quando sc̄z deus eis reuelat · Secundo ꝓ
bonorꝫ angelorum manifestacionē · Angeli enim
qui hic semp nobiscum sunt · et omnes actus no-
stros ꝓsiderant · quasi in instanti possunt ad eos
descendē · et eis ꝓtinꝰ nunciare · Tercio ꝓ anima
rum hinc exeunciū intimacionē · Quarto ꝓ expe
rienciam · cum vicz se a penis senciunt releuari ·
Sciendum autez · q̃ defuncti valde mali nesciunt
quid a viuis agit̃ · nisi quatenus eis scire ꝓmittit̃
similiter nec mediocrit̃ boni · adhuc in igne pur-
gatorij constituti · qui nondū dei visione fruunt̃
nisi quatenus per aliquē de p̄missis modis ꝓmit-
titur eis scire · Sed valde boni qui iam ea fruunt̃
bene sciunt quid hic agit̃ · iuxta illud greg · Quid
est q̄ nesciant qui videntem omnia vident · Alij
tamē dicunt eos scire omnia que eis necessaria sūt
et non alia · Vnde ysa · ex persona ꝓpli afflicti ait
abraham pater vester nesciuit de hoc · Et vtrum
mortuis cura sit de viuis · Augustinus late ꝓse-
quitur in libro de cura ꝓ mortuis habenda · Ad-
huc sic̄ aug⁹ · ait multi aliquos ex mortuis vel in
sōpnijs vl̄ alio q̄cunq̃ modo viuis apparē credūt
Et vbi eorum inhumata laterent corpa · atq̃ vt
eis sepulchra fierēt et alia huiōi innumera sepe
admonuisse · et illa vera reptum esse in dyalogo
gregorij · et in alijs plerisq̃ in scriptis autēticis
repitur · Veruntamen vt idem aug⁹ · in premisso
libro ait · Quamuis mortui talia in somnis iudica
re vel petere videant̃ · non ideo putandū est eos
ista sentire · Nam et viuentes plerunq̃ apparent
in somnis dormientibz dum ipi se nesciunt appa-
rere · et ab eis qui hoc somniauerūt audisse dicen
tibus · q̃ eos in somnis agētes aliquid vl̄ loquē
tes viderunt · Vnde vt dicit credendū est q̃ hec
sunt angelice opaciones ꝓ dispensacionē ꝓuidē
cie dei ad qualecūq̃ solacium viuorꝫ · Concilium
eciam antiquitatis · ait · q̃ plerq̃ demonum illu
sionibus et fantasmatibus sepe seducuntur · Offi
cium mortuorꝫ imitatur omnino triduanā cristi
sepulturā · Sicut enim in illo triduo ita et in hoc
officio omnia laudis cantica subticem⁹ · et solem
nitates quaslibet subtrahimus · Nam in missa be-
nedictiones ab ep̄o non petimus · nec in agenda
dicim⁹ · Domine labia mea aperies · nec · Deus in
adiutorū meū · nec benedicam⁹ · nec inuitatorū
nisi corp⁹ presens sit · et eciā in vigilijs · nec glo
ria patri · ad responsoria vel in fine psalmorum ·
nec ad lectiones benedictionē petimus vl̄ damus
nec dicim⁹ · Tu aūt vel deo gracias · Nec in missa
alla nec gloria in excelsis · nec · Ite missa est · Nam
in veteri lege ꝓhibitū fuit oleū leticie et thus
suauitatis pro peccato offerri · Mors enim est
vindicta peccati · Vnde vbi peccatū · ibi tenebre
Nec debet esse leticia · nec canticorꝫ leticie decan
tacio · vbi est luctus et cōtristacio mentis ac exe-
quie pro mortuis celebrant̃ cum luctu · Rursus
laudes suppimimus · quia quo mortui transeunt
ignorantes nescimus · vnde laudare dominū de-
beamus de iusticia vel de misericordia · Quadum
reprimimus quia tristes in hunc mundū intrau
mus · et tristiores exim⁹ · Non ergo sequencia de
bet dici que est canticū exultacionis · Adhuc licz
in missa ꝓ viuis debeāt omnes thurificari ad de
signandum q̃ illorꝫ oraciones ad celestia dirigū
tur · In missa tamen ꝓ defunctis non debet thus
per chorꝫ portari nec offerri · idest altare thu-
rificari · sed circa corpus tantū · quia hoc in lege
ꝓhibitum fuit vt iam p̄missum est · Nullus ergo
in hoc officio thurificat̃ · ad notandum q̃ mortui
nil amādo suis valent orōib: ꝓmereri · vnde ps̄ ·
Non mortui laudabunt te domine · Ipse autē de-
functorum corpa thurificant̃ · et aqua benedicta
aspergunt̃ · non vt eorꝫ peccata tollātur · que
tunc per talia tolli nequeūt · sed vt omnis inmun
dorum spirituum · p̄sencia arceatur · et fiunt eciā
in signum societatis · et cōmunionis sacramēto-
rum quam no biscū dum vixerunt habuerūt · Vñ
et diaconus tradit · q̃ antiquitus viui mortuos
osculabantur · in signū vnitatis · quam cum ipsis
habuerunt · Prosunt eciam hec et similia in quan
tum per talia ipsi deo reuerēcia exhibet̃ · Quare
autem duplex vel fus ponit̃ in introitu ꝓ defūc
tis sc̄z · Te decet · et exaudi oracionem meam ad̄-
dictū est in sexta pte sub sabbato · iij · ebdomade
quadragesime · Item in missa pro defunctis nō
debet intermisceri oracio ꝓ viuis · prout dictum
est in quarta pte sub titulo de oraciōe · Pax eciā

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

non datur triplici racione. Primo quia hoc officium. vt iam dictuz est. triduanam xpi sepulturā vestigio sequitur. vbi pax nō datur. ꝓter nude osculum detestandū. Secundo quia non cōmunicamus mortuis. quia nō nobis respondent. Nos sumus enim in sexta etate. illi in septima. Inde est q̄ corpus nunquā debet esse in ecclesia. quamdiu missa de die celebrat̄. ymo si pri9 esset ibi. debet asportari extra ecclīam in vestibulo ecclesie. quā tacunq̄ autoritate viuēs fulgeret. et postea admissam de mortuis reportari. Tercio quoniā sicē ex multis granis simul collectis vnus panis conficitur et ex multis racemis vinum elicatur. sic ex multis fidelibus. quoꝝ quidam boni. quidā mali sunt. vna ecclesia ostruitur et coadunatur. Quia ergo de mortuo homine nescimus adhuc vtꝝ sit ipse de cōformitate ecclesie et pacē habeat cum suo creatore et reconciliacōnem. ideo pacem admissam non damus. nec aliquas laudes ꝓ mortuis referimus. quia non est vnde agēdum sit. Non enim adhuc apparet coꝝ requies. Quarta eciam racio posita est in quarta pte. vbi agit̄ de osculo pacis. Illud quoq̄ notādum est. q̄ officium mortuorum incipit a vespis. postea secūtur vigilie. quaꝝ tria sunt genera. In quibusdam ecclesijs legunt̄ nouem lectiōes de iob. et incipiūt Parce michi domine ꝛc̄. In alijs legūt de libro sapiencie. et incipiūt. Melius est ire ꝛc̄. In alijs vero de quodā sermone aug̅. Sed vnde cunq̄ fiunt absolute fine iube domine benedicere. et fine tu autem. Vel alibi incipiūt et finiunt̄ ꝓut in exequijs. quas in dicto triduo ꝓ xpo celebramus seruatur. Verum tamen in quibusdam ecclesijs loco tu autē domine terminātur. Beati mortui qui in dño moriūtur. que verba sūt de apoc̄. xiiij. c. Frequentat̄ autem in hoc officio ps̄. Te decet. quoniā ibi agitur de reditu filioꝝ israhel a captiuitate in terrā ꝓmissionis. sic et defuncti de captiuitatis miseria ad vitā ꝓficiscunt̄ eternam. Dicitur eciaz ps̄. Domine ne in furore tuo. qui cum sit sextus in ordine psalterij. tamen pro octaua intitulatur. quasi in sex etatibus per hūc psalmū deum rogantes vt septime etatis possumus tormenta euadere. et ad octauā glorie peruenire. Officium mortuoꝝ non habet sēdas vesperas vt dictū est in vj. pte sub ti. de vespis. In ocilio tholetan statutum est. q̄ sacerdos missam defunctoꝝ celebrans vt eius mimic9 mortē incurrat deponat̄. et tam ipse quā eum ad hoc inducens exilio ꝓpetuo puniatur. Nunc videndū est qualiter corp9 sepeliendum sit. et quidē quādo homo videret̄ agere in extremis. debet poni ad terram supra cineres vel admin9 sup paleas. ꝓ quod muit̄ q̄ cinis est. et in cinerem reuertet̄. et fit hoc exēplo beati martini. qui vt in se alijs daret exemplum in cinere iacēs. vitam finiuit. et si moriens literat9 sit. legi debet passio domini vel saltem ps illius ante eum. vt sic ad maiorē compunctionē moueat̄. Et debet esse crux erecta ad pedes. vt moriens eam cernens magis conterat̄ et ouertatur. Debet eciam supinus iacere. vt sp erecta facie respiciat celū exemplo beati martini et prius q̄z expiret. eius anima domino commendet̄. Postq̄ vero expirauerit. campane debent pulsari. ꝓut dictum est in prima pte vbi agit̄ de campanis. Deinde corpus nisi viuēs nouiter iunct9 fuerit. debet lauari. ad significand̄ q̄ si anima ꝓ confessionem et otricionem a culpa mundata sit vtrunq̄ scz anima et corp9. eternā glorificacionem et claritatē in die iudicij osequetur. quodq̄ illi secūdum io. vere in domino moriunt̄. et beati sunt qui nullam secum portāt maculā. sed in hoc mundo per penitencia derelinquūt. Sed cum de hac locione. neq̄ in veteri testa. scz leuitici. x. c. neq̄ in nouo. s. act̄. v. c. mi agat̄ si omitere t̄ non multū vt aunt quidā curādū esset. Et aug̅. dicit in libro de cura ꝓ mortuis agenda. corpi humano quod post mortem impeditur. non est salutis presidium sed humanitatis officiū. Veruntamen cum maria magdalena vnxerit dñm ante passionem. math. xxvj. c. fecit enim moriturō q̄d non posset facere mortuo. marci. xiiij. c. Preuenit iquit vngere corpus meum in sepulturā. ex hoc ꝓbari potest corpa defunctoꝝ lauanda esse. Nam sicut hieronimus ait in origmali sup illud math. vj. c. Vnge caput tuū in illis ptibus vngentis ꝓ balneis vtebant̄. Canon tholetan̄. concilij statuit q̄ qui diuina vocacione ab hac vita recedunt cum psalmis tantūmodo et psallenciū vocibus ad sepulchrum deferant̄. Debet autē defunctus portari a consimilibus sue ꝓfessionis. vt si fuerit diaconus a diacombus. si sacerdos a sacerdotibus si sint ibi aliter. nō est vis. quia necessitas legi nō subiacet. clericus a cleris. catholicus a catholicis Si vero fuerit de aliqua fraternitate deportet̄ ab illis qui sunt eiusdez fraternitatis. Mulieribz vero non licet corpa ferre. nec cogant̄ corpora sua lasciuiā incitancia denudare. q̄d facile contingere posset. Dum autē de domo ad ecclesiā seu sepulturā portatur sēdm quorundā locoꝝ morem ter in via pausat̄. Primo ad significandum. q̄ ipse in hac vita existēs. vt posset digne domino ꝓsentari. et cum alijs sanctis ꝓpetua quiete perfrui in tribus specialiter seipsū excitauit vicz in dilectiōe dei. in caritate ꝓximi. et in custodia sui siue q̄ in fide sancte trinitatis vixit atq̄ vitā finiuit. Secundo ad representandū q̄ dominus in triduo in ventre ere pausauit. Tercio tres pause fiūt in via. vt per tres dietas psalmodie que tunc dicitur. trina fiet ei absolucio a delictis. tribus modis. scz cogitacione. verbo. et ope cōmissis. exodo tercio. Viam trium diez ibimus in solitudine. deinde ponit̄ in spelunca. in qua in quibusdam locis ponitur aqua benedicta. et prune cum thure. Aqua benedicta. ne demones qui multum eam timēt ad corpus accedāt Solent nanq̄z deseuire in corpora mortuoꝝ vt quod nequiuerunt in vita saltem post mortem agant. Thus vero ibi ponitur. ꝓter fetorem corporis remouendū. seu vt defūctus creatori suo acceptabilē

bonorum operum odorem intelligatur obtulisse.
Seu ad ostendendum. q defunctis ꝓsit auxilium
orationis. Carbones in testimonium q terra illa
ad communes vsus amplius redigi non potest.
Plus enim durat carbo sub terra quã aliud. Hede
ra quoq; vel laurus et huiusmodi que semper
seruãt virorem in sarcophago corpori subster
nuntur. ad significandum. q qui moriunt̃ in xpo
viuere non desinent. nam licet mundo moriantur
secundũ corpus. tamen secũdum animam viuunt
et reuuiscunt deo. Alia tamen consideraciõe ha
bebant in funeribus antiqui cipressos. quia vicz
sicut cipressus cesa non iterum surculescit. sed to
ta moritur. ita homo mortuus non reuuiscit. Fiũt
etiam hec non quia cadaueribus insit sẽsus. sed in
figuram videlicez vel ad resurrectionem speran
dam. vel ad dei misericordiam seu beniuolenciam
prouocandam cui talia pietatis officia placent.
Debet autẽ quis sic sepeliri. vt caput ad occiden
tem posito. pedes dirigat ad orientẽ. in quo qua
si ipsa posicione orat. et inuit. q ꝓmptus est vt
de occasu festinet ad ortum de mundo ad seculũ.
Et in quocunq; loco extra cimiterium cristianus
sepeliatur. semp crux capiti illius apponi debet.
ad notandũ illum xpianum fuisse quia hoc signũ
diabolus valde vereẽ et timet accedere ad locum
crucis. signaculo insignitũ. Debent quoq; fide
les xpiani sepeliri induti sudarijs. put prouin
ciales obseruant qd sumunt ex euangelio. in quo
legiẽ de sudario et sindone xpi. Quidam vero cili
cio insuunt̃. vt hac veste insignia penitencie re
presentent. Nam cinis et cilicium arma sunt peni
tencium. Nec debẽt indui vestibus communibus
put in yta lia fit. et vt quidam dicũt debent ha
bere caligas circa tibias. et subtalares in pedibz
vt per hoc ipos esse paratos ad iudicium repre
sentetur. Clerici vero si sunt ordinati illis indu
mentis induti sint que requirunt ordines quos
habet. Si vero nõ habent ordines sacros more
laicorum sepelianẽ. Veruntamen licet in alijs or
dinibz ꝓpter paupertatẽ hoc sepius omittatur
In sacerdote tamẽ et episcopo nullomodo ꝑter
mittẽdum est. Vestes eñ sacerdotales virtutes
significant. cum quibus pre ceteris sunt domino
ꝑsentandi. Eutician9 papa statuit. vt nulli9 mar
tires sepeliat sine dalmatica aut collobio purpu
rato. ¶ Circa hoc autẽ considerãdum est vtrum
xpc vestit9 fuerit post resurrectionẽ. et vtrum
celum vestit9 ascenderit. et vtꝝ duobus discipu
lis eũtibus in emaus. et ceteris discipulis et mu
lieribus vestitus apparuit. Siquidẽ angeli legũ
tur vestiti apparuisse. iuxta illud iohis. Vidit an
gelos sedẽtes in albis. et alibi. Ecce duo viri asti
terunt iuxta illũ in vestibus. qui et dixerũt. Hic
ihesus qui assumptus est a vobis in celũ. sic veni
et quoniam vidistis eum euntẽ in celum. Semp e
xpc vestitus ascendit in celũ iuxta illud. Quis est
iste qui venit de edom tinctis vestibus de bosra.
Item angeli dixerunt. quare rubrũ est indumẽ
tum tuum ¶ Queritur etiã vtrum homines erũt
nudi post diem iudicij. an vestiti. Et videẽ q ve
stiti. Nam semp angeli apparere solẽt vestiti. et
xpc etiã post resurrectionem cum veste apparuit
et in transfiguracione vestitus fuit. ¶ Vnde et
apparebant vestimenta eius alba sicut niv. Econ
tra videtur q nudi erunt. quia habet autoritas
q in eadem forma erimus in qua fuit adam. pri
usquã peccaret et etiam in meliori sed tunc fuit
nudus. ergo nudi similiẽ erimus. Soluco nil diffe
rimus de veste. sed hoc solum dicimus. q ibi non
erit deformitas. nec vlla aduersitas vel infirmi
tas et erimus vestiti et ornati vestimẽtis virtu
tum. Cuis autem et in quo loco sepeliri debet et
vtrum locus sepulture aliquid conferat. dictũ
est in prima ꝑte vbi de cimiterio agitur. ¶ Illud
aũt nota. quod qz scriptũ est leuitici. xxj. c. Pon
tifex ad omnẽ mortuũ. etiam patrem vel matrez
non ingredietur. neqz egredieẽ de sanctis. Hinc
est q romanus pontifex ad nullius defuncti do
mum accedit. Item quia ibidem dicit̃. Sacerdo
tes nõ radent caput. non barbam. nec in crimib
suis faciẽt inscissuram ideo qz de carorum morte
tristant̃. Barbam nutriunt nec crines ꝑcindunt
et etiam nigris vestibus ornant̃. vt per nigredi
nem et dolorem cõsepulti mortuo videant̃. Hic
etiam queri potest vtrũ voces mortuorꝝ loquã
tur. Et videtur q sic. iuxta illud ꝓlxte. Exulta
ciões dei in gutture eorꝝ. Dormisda papa dicit
q Illi quibz cum falsa misericordia indulserim9
ante tribunal xpi contra nos faciẽt questionem
Et augustinus dicit. q defuncti qui nesciunt que
hic fiunt. dum hic agunt̃ postea audiunt ab his
qui moriendo hinc recedunt. Sed aliis contra
dicere videtur dicens. q tunc lingue cessabunt.
et psalmista. Non mortui laudabunt te. Et nota
secundũ augustinũ. q tempus quod inter homi
nis mortem. et vltimam resurrectionẽ interposi
tum est aĩmas abditis idest nobis occultis recep
taculis continet. Postremo nota secundũ magi
strum iohem de beleth. q antiqui solebãt dicere
q quãdo in humanis sunt corporibus vocantur
anime. in inferis manes. quando vero celos ascen
debant spiritus. Quando autẽ recens erat sepul
tura. siue quando spũs circa sepulturas errabat
vmbrã vocabant. Vnde ꝑ psalmista. Nam et si am
lauero in medio vmbre mortis cõ. Et ideo tunc
panem et vinum ponebãt super sepulchra mor
tuorum vt dictum est sub festo cathedra petri.
In missa pro mortuis dicitur quãdoq; epistola.
Vir fortissim9 iudas. math. xij. capto. quandoq;
Nolumus vos ignorare de dormientibus. tessalo
icens. iiij. capto. quandoq;. Audiui voce de tro
no dicentẽ. apoc. xiij. capto. quandoq;. Ecce mi
sterium vobis dico. prima corim th. xv. Dicitur
etiam quandoq; euangeliũ. Amen amen dico vo
bis quia venit. iob. v. c. quãdoq;. Dixit martha
iob. xj. quandoq;. Sicut eñ pater suscitat io. v
capto quandoq;. Omne qd dat michi pater iob.
vj. c. quandoq;. Ego sum panis. qd est ibidem.

De quatuor coronatis.

De quatuor coronatis hic notabiliter reperitur·q̃ quandoq̃ fuerunt qui venerant ad construendum templuz dyocleciani·cognito q̃ essent cristiani martirio sunt coronati·quorum nomina·qz nõ fuerunt idcirco in collecta ponunt̃ ¶ Post duos veros annos alij quatuor martirium susceperunt quorum corpora sepulta sunt iuxta corpora predictorum quinq̃ quorum nomina fuerunt ignota ideo statuit melchiades papa vt dies eorum sub nominibus predictorum qn̄q̃ celebris haberetur·et sic vocatum est festuz quatuor coronatorum· Postea vero fuerũt cuidam religioso eorum nomina reuelata scz·Seueri Seuerini carpophori·et victorini nomen tamen festi ꝓpterea mutatum non est nec eciã dies in calendario·

De beato martino·

De beato martino sciendum est q̃ dicit̃ par apostolis non propter suscitacionem mortuorum·quorum vt quidam putant cum idem multi alij fecerunt martires et confessores·vel propter multitudinem miraculoꝝ·sed specialiter propter vnũ miraculũ· Cuz enim esset turonũ archiep̃s·venit ad eum quidam pauper et inops tunicã ab eo petens et ipse concessit·iussit ergo procuratori suo vt emeret· Ille vero iuit ad forum· et tardius redit tunicam vilem portans· que fere penula quasi pene nulla poterat dici vir sanctꝰ sibi monstrari fecit· Erat autem breuis forte vsq̃ ad genua· manice vsq̃ ad cubitum· extrahens ergo suam pauperi dedit· et ipse pauperis tunicam induit· Nec multo post preparat se ad celebrandum missam·et stans ante altare sicut mos est in prefacione leuauit manus ad dominum manicis laxis retro labentibus licet nec grossa eius brachia·nec multum carnosa essent et cum prefata penula non nisi vsq̃ ad cubituz protenderetur remanserunt eadem brachia nuda tunc venerunt miraculose aurei torques ipsaq̃ decenter operuerunt· et globus igneus apparuit super capud eius per quod demõstratum est spiritum sanctum super eum descendisse ad robur· sicut super apostolos in penthe· ¶ Vnde propter hoc non immerito dictꝰ ẽ par apostolis est eciam par eis in officio· ¶ Considerandum autem est q̃ ipse solus inter confessores institucionis habet octauas·sicut beatus laurencius inter martires· Ille enim dixit· Igne me examinasti·et non est inuenta in me iniquitas·et martinꝰ in agone mortis·dixit demonstantibus· Nil inuenies in me cruenta bestia· ecce quomodo concordant ille prepollens martir quare pre omnibus alijs octauas et vigiliam habet iste confessor excellens· quare pre omnibus alijs octauam habet· ¶ Cappam eius reges francorum consueuerunt portare in preliis vt dictum est in secunda parte vbi agitur de sacerdote·fortunatus poeta·vir vita egregius· et ingenio preclarus de ytalia turonõ· veniens gesta beati martini conscripsit tempore iohannis·pape·iij·

De sancto andrea apostolo·

Beatus andreas nigri fuit colore barba plixa stature mediocris·hoc ideo dicimus·vt sciatur·qualis in ecclesia debet depingi· quod de vnoquoq̃ apostolorum·q̃ aliorum multorum sanctorum sciendum esset· predicauit autem in achia·et at̃henis·et circa partes illas· ¶ Excellentis fuit valde meriti·nec sine causa beatus gregorius adeo fuit sibi deuotus·quod sibi fecit proprium officium·et monasterium condidit·et ibidem monachus extitit·vigiliam ex institucione non habet quia est in tempore ieuniorum·quare non fuit necesse institui ei vigiliam et idem est de beato thoma apostolo· ¶ Sane ossa eius ac beate lucis euangeliste tempore constantini·ij· imperatoris translata sunt apud constantinopolim·Hac die dicitur epistola· Corde creditur ad iusticiam·roma·x·capitulo et euangelium· Ambulans ihesus iuxta mare· mathei quarto capitulo· ¶ Postcommunio· Venite ad me· que est ibidem· In vigilia vero est introitus· Dominus secus mare·mathei quarto· et euãgelium· Stabat iohannes et ex discipulis·iohãnis primo capitulo· Postcommunio· Dixit andreas iohannis·i·capitulo·

De sancto nicolao episcopo·

Legitur q̃ cum in quadaz ecclesia que dicitur crux subiecta monasterio sancte marie de caritate·nõdũ hystoria beati nicolai cantaretur·fratres eiꝰdem loci priorem suum·vt eam sibi cantare liceret instanter rogauerunt· Ille vero hoc precise negauit dicens incongruum fore pristinuz morem nouitatibus immutare· Illis vero instantibus indignatꝰ respondit·Recedite a me quia noua cantica ymo ioculatoria· quedam in mea ecclesia non cantabuntur· Aduemente autem eiusdem sancti festiuitate fratres cum quadam animi tristicia matutinarum vigilias peregerunt· Cumq̃ omnes in lectis se recepissent· ecce beatus nicolaus priori visibiliter terribilis apparuit quem a lecto extrahens per capillos dormitorij pauimento allisit et incipiens· O pastor eterne· per singulas vocum differencias·virgis quas in manu tenebat·grauissimos ictus super dorsum illius ingeminans per ordinem morose cantando antiphonam ipsam ad finem perduxit·Omnibus ergo illius clamoribꝰ excitatis semiuiuus ad lectum deportatur·quitandem ad se rediens dixit· Ite et hystoriam nouam sancti nicolai decantate·Tempore henrici quarti imperatoris ossa sancti nicolai apud vrbem bareñ·translata sunt·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De venerabili beda presbitero.

Beda venerabilis pater et monach9 egregi9 expositor claruit in anglia circa annum domini dc. lxxxvij. qui licet in sanctorum cathologo computatur. non tamen ab ecclesia sanctus sed venerabilis appellatur duplici racione. ¶ Primo q̃ cum pre nimia senectute eius oculi caligarent faciebat se duci per villas et castra vbiq̃ verbum domini predicando. cumq̃ quadam vice per quandam vallem magnis lapidibus plenam transiret. quidam ex ductoribus deriso die dixit ei q̃ ibi erat magnus populus congregatus expectans eius predicacionem auide et silenter. et tunc ille incepit predicare feruenter et cum in fine conclusisset. per omnia secula seculorum. mox omnes lapides alta voce clamasse dicuntur. amen venerabilis pater. et ideo venerabilis pater appellatur. Alij. vero asserunt q̃ angeli responderunt. bene dixisti venerabilis pater. Secunda causa est. quia post eius mortem clericus sibi quidam deuotus quendam versum edere cupiebat. quam in illius tumulo sculpi facere intendebat incipiens sic. Hac sunt in fossa. bede venerabilis ossa. Cum autem corpus apud ianuam deuocione congrua dicitur coli.

De sancto thoma apostolo.

Historia seu legenda de sancto thoma apostolo. et si quid ex ea in responsorijs vel antiphonis sumptum reperitur inter apocrifa deputatur. In ipso autem festo legitur ad missam euangelium. Thomas vnus ex. xij. iohannis. xx. ca.

De sanctis infra natiuitatis domini.

Post domini natiuitatem. sequẽti die fit festum de obitu beati stephani p̃ thomartiris et tamen ipse fuit passus in augusto. quare hoc festum fiat sub festo inuencionis eius dictum est. ¶ Queritur quare hec tria festa videlicet sanctorum. stephani iohannis. et innocentium. immediate post festum natiuitatis domini ordinantur. ¶ Respondeo primo. vt cristo capiti et sponso. omnes sui comites adiungantur. natus enim cristus sponsus ecclesie in hunc mundum tres sibi comites adiunxit de quibus dicitur. in canticis. Dilectus meus candidus et rubicundus. electus ex milibus. Candidus quantum ad iohannem euangelistam. preciosum virginem et confessorem. Rubicundus quantum ad stephanum protomartirem. Electus ex milibus quantum ad magnam turbam innocentũ. Secundo vt sic ecclesia omnium martirum genera quorum quidem martirij cristi natiuitas causa fuit insimil adunaret. Triplex est enim martirium. primum voluntate et opere. tale fuit martirium beati stephani. et hoc est dignissimum in genere. Si autem dicimus. quia aliqua circumstancia facere posset. q̃ aliquis confessor aliquo martire dignior esset. et ideo festum eius precedit alia et continuatur festo dominice natiuitatis. Vnde in ipso festo legitur. mortem quam saluator dignatus est pro omnibus pati. hanc ille primus pro omnibus reddidit saluatori. et iterum cristus heri natus est in terris. vt hodie stephanus nasceretur in celis. ¶ In festo beati stephani introitus est. Etenim sederunt principes. et aduersum me loquebantur. in quo ostendunt insidie principum iudeorum beato stephano insidiancium. Epistola est actuum. vj. capitulo. Stephanus plenus gracia et fortitudine. que sicut dicit augustinus in sermone huius diei. cum plurimum habeat ammiracionis in ipsa specie non minus continet in misterio dignitatis. in qua narratur tam passio ipsius. quam passionis causa. et meritum seu remuneracio et hec eciam insinuãtur et representantur in responsorio quod est. Sederunt principes. et in alleluia quod est. video celos apertos actuũ octauo capitulo. et in offertorio et in poste communione. Video celos actuum. vij. Et in nocturnali eciam officio idem repetitur. vt ostendatur. q̃ sepe et sepius consiliati sunt principes sacerdotum in mortem eius. ¶ Euangelium est Ecce ego mitto ad vos mathei. x. capitulo. et sequitur. Hierusalem hierusalem que occidis p̃phetas et lapidas eos et cetera. Stephanus enim fuit lapidatus. Dicitur eciam ibi a sanguine abel iusti. Sicut enim ille fuit protomartir in veteri testamento sic ille in nouo. ¶ Historiam sancti stephani composuit alcuinus karoli magister et capellanus nocturnales antiphonas. de psalmis. quibus articulantur accepit. cetera de actibus apostolorum. Antiphonis eciam laudum quidam versus premittuntur. p̃ ut dictum est in sexta parte sub dominica de trinitate. ¶ Frequentatur autem in versiculis alleluia. vel propter solemnitatem dominice natiuitatis. vel propter gaudium de consorcio stephani angelice conciõis. Dicitur eciam illud capitulum. Stephanus plenus gracia. et illud Surrexerunt quidam que sunt actuum. vj. capitulo. et illud. Cum esset stephanus actuum. vij. capitulo. Secundum martirium est voluntate et non opere quale fuit martirium beati iohannis euangeliste. qui martir fuit sicut patet in illa antiphona. In feruentis olei dolium missus iohannes apostolus diuina se protegente

gracia illesus exuit · vt sicut nō senserat carnis
estum quia virgo fuit mente ⁊ corpore · sic nec
estum ferventis olei sensit · In natali autem eiꝰ
canitur in quibusdam locis vna missa in exor=
dio lucis · ad notandum q̄ ipse accepto lumine
huius mundi · sacrificium virginitatis semper
obtulit deo · quia enim non poterat habere vi=
giliam propter festum beati stephani · statu=
tum fuit · vt duas missas haberet ¶ In missa de
beato iohanne epistola · Qui timet deum eccle
siasticī · xv · capitulo · ¶ Euangelium est · Dixit
ihesus petro · iohannis vltimo capitulo · ⁊ can
tatur alleluia · Valde et cetera · ⁊ quod ibi dici
tur · Qui supra pectus domini et cetera · sumi=
tur iohannis vltimo capitulo ¶ Introitus est ·
In medio ecclesie · ecclesiasticī · xv · capitulo ¶
Et responsorium · Erit sermo et cetera iohan=
nis · vltimo capitulo · Item alleluia · Hic est di=
scipulus · iohannis vltimo capitulo · ¶ Com=
munio · Erit sermo · que est ibidem · Dicitur eci
am ad horas capitulum · Cibauit · ecclesiasticī ·
xv · capitulo et illud · Benedictus deꝰ et pater
ephese · i · capitulo et illud · Qui timet dominū
ecclesiasticī · xv · capitulo · ¶ Et nota q̄ beatus
iohannes euangelista · in festo beati iohannis
baptiste obijt · Sed quia non poterat tunc eiꝰ
festum fieri · translatum est ad tercium diē nata
lis domini · et omnes comites suos haberet spō
sus · vt premissum est · et festum beati iohannis
baptiste in suo die remansit · nec mirum quia di
es illa ab angelo gaudio natiuitatis precurso
ris autenticata fuit · ¶ Nec est dogmatizan=
dum · quod euangelista baptiste tamquam ma=
iori cesserit pro eo quod legitur · Inter natos
mulierum non surrexit maior iohanne baptiste
Nam non debet esse de ipsorum maioritate di=
sputandum · diuinitus est ostensum · Cum enim
duo magistri quorum vnus baptistam alter p=
ferebat euangelistaz solemnē ad hoc indixissent
disputacionem · et quilibet valde sollicite inue=
stigasset auctoritates et raciones efficaces · q̄
bus suum iohannem preferre posset · tandez die
disputacionis aduenente quilibet sanctorum
emulatori suo apparuit dicens · Bene cōcordes
sumus in celis de nobis non disputetis in terris
Tunc illi sibi adinuicem et omni populo visio=
nem publicauerunt · et dominum benedixerunt ·
Vel ideo fuit ad tercium diem post domini na
tiuitatem translatum quia forte illa die dedica
ta · est ei basilica · vel quia forte ea die redijt de
pathmos in sula vel insulatus est · fuit enim pa
triarcha ephesinus · Aiunt quidam · quod beatꝰ
iohannes cum post celebratam missam descen/
disset in tumulum euanuit ab oculis circumstan
cium · ⁊ cum terra ibi statuerat de profundo ad
dunt eum viuere · et terram eius anhelitu scatu
rire · Alij in celum translatum · ¶ Igitur par=
tim ex euangelio · partim ex eius tribulacione
ho dierna copulat̄ historia in cuiꝰ vltio respō
sorio scz ¶ In medio ecclesie quod sumt̄ ⁊ libro

sapiencie · in quo agitur de spiritu intellectus
neuma iubilatur · quia per spiritum intellectus
fuit de ineffabili verbo scilicet de deo vero lo=
cutus · Tercium martirium est opere et non vo
luntate · quale fuit martiriū innocentum quod
sicut tercium locum optinet in dignitate · ita ⁊
inter festa martirum · ¶ Sed quare festum in
nocentum celebratur ante festum stelle id est
epphie · cum mortui fuerunt pꝰ apparicionē stel
le · quando scilicet herodes vidit q̄ illusus esset
a magis · Respondetur quo herodes auditis ru
moribus de cristo nato · turbatus est valde · ti=
mens omittere regnum vnde cogitauit facere
interfici omnes pueros · et sic cristus non euade
ret · sed fuit impeditus tunc · quoniam augustꝰ
cesar mandauit ei · quod ad eum veniret · aristo
bolo et allexandro filijs ipsius herodis respon
furus coram eo · Et quia non fuit ausus non ire
iuit · postmodum vero reuersus anno reuoluto
quarto die post natale domini fecit omnes pu
eros interfici · a bimato id est biennio et infra ·
Bimatus enim grece dicitur latine biennium ·
¶ Queritur quare in festiuitate innocentum in
missa · Gloria in excelsis deo et alleluia et alia
cantica leticie non cantantur · Dicunt magistri
ideo quia mortui sunt ante domini passionem ⁊
sic ad inferos descenderunt · Sed pari racione
et in festo beati iohannis baptiste subticeri de
berent · dicendum est · q̄ hoc ideo contingit qz
auctor officij noluit nos coniungi in hac festi=
uitate animas deuotarum mulierum de morte
innocentum plangencium et dolencium · vnde
causa tristicie earum illa dimittimus · et ideo le
gitur prophecia · hiere · xxxi · capitulo de inno
centibus · Vox in rama audita est · que ad literā
de beniamitis exponitur · qui interfecti sunt p
pter vxorem leui · quam oppresserant · et rahel
fuit mater beniamin · vel per rachel que inter
pretatur ouis · vel videns intelligitur ecclesia
que plorat filios suos scilicet triplices · Primi
sunt martires considerans eos esse sibi subtrac
tos et non vult consolari in presenti · sed om=
nē consolacionem transfert in futurum · quia
non sunt scilicet presentes · ¶ Secundos filios
luget ecclesia · quia fere ad partum veniunt in
quibus patitur abortum · Tercij vero sunt · qui
iam renati in baptismo erant · sed per peccata
retrocedunt · hos et illos luget eciam quia non
sunt · id est quia damnati sunt · ⁊ ideo quia luqz
ecclesia cantica leticie subticentur · ¶ Potest
esse et alia racio · nā cantica leticie proprie pꝰ
victoriam cantari debent · Vnde ezechie dictuz
est · Disponе domui tue · et cetera · quia post vic
toriam habitam · non cecinit cantica leticie · sed
innocentes non habuerunt victoriam · non enim
victoria vbi pugna non est · Media racio est ·
quidam tamen pro alleluia cantant in missa ·
Laus tibi alij · Cantemus eya · ¶ Et dicitur epi
stola · Vidi supra montem · apocalipsi · decimo
quarto · ¶ Et euangelium · Angelus domini

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

apparuit mathei·xij·c ¶ Si autem festum illud in dominica contingat·nullum canticum leticie subticetur·propter gaudium resurrectionis· In octauis quoqz eorum cantica leticie cantantur·pro significacione gaudij·quod accepturi sunt in octaua id est in resurrectione·quia licet ad inferos descenderunt resurgent tamē nobiscum in gloria·Octaue enim festuitatum celebrantur in memoriam generalis resurrectionis quam significant ¶ Rursus quia hac die tristiciam mulierum representamus in multis ecclesijs dyaconi non vtuntur dalmaticis·nec subdyaconi subtilibus id est tunicellis·ad notādum·q̄ innocentes statim in morte primaz stolam non receperunt·sed ad infernum descenderunt·De hoc in tercia parte dictum est sub ti·de coloribus· ¶ In hoc festo dicitur capitulum illud·vidi supra montē apocalipsi·decimo quarto capitulo·Et illud·Hij sunt qui cum mulieribus·et illud·Hij empti sunt·que sunt ibidem· ¶ Et aduerte·q̄ antiphone nocturnales de psalmis sumūtur·cetera de epistola vel euāgelio· ¶ Quod autem dicuntur·centumquadragintaquatuormilia finitum ponitur pro infinito·quod etiam dicitur·Vidi super altare dei animas interfectorum·sic est accipiendum·qd̄ iohannes vidit animas interfectorum sub altare id est humiliatos capiti suo·vel in absconso·quia nemo percipit hic quomodo ibi sint· ¶ Sed quare solemnisat ecclesia de morte innocentum·qui non habuerunt voluntatē paciēdi Videtur q̄ eadem racione·si aliquis tirannus interficeret tot pueros deberet ecclesia similiter·solemnizare pro illis·quod verum non est Responderi potest q̄ hoc festum propter tria celebrandum est·licet voluntatem non habuerunt paciendi ¶ Primo quia cristus in eis querebatur et occidebatur· Secundo quia cristus in eis celabatur dyabolo et herodi·Tercio qz nomen domini non loquendo sed moriendo confessi sunt·quia pro cristo et vice cristi occisi sūt Erant autem innocentes·quia circumcisi nam circumcisio erat tunc remedium contra originale peccatum·licet ita non sufficiēs sicut nūc baptismus est ¶ Illud autem sciēdū ē est q̄ in quibusdam ecclesijs in die natalis domini·Dyaconi vesperis finitis in honorem beati stephani·qui eximius dyaconus fuit in tripudio conuenientes cantant antiphonam·de sancto stephano·et sacerdos dicit collectam·Nocturnos autem et officium crastinum celebrant etiam benedictiones super lectiones dant·quod tamen facere non deberent·Et eodem modo faciunt sacerdotes in festo beati stephani in vesperis in honorem sancti iohannis·quia ipse sacerdos fuit·Et pueri in festo sancti iohannis in honorem innocentum ¶ Subdyaconi vero faciunt festum in quibusdam ecclesijs in festo circumcisionis·vt ibi dictū ē· In alijs in epiphania·eciā in alijs·in octauis epiphanie·quod vocant festum stultorum·quia enim ordō ille antiquitus incertus erat·Naz in canonibus antiquis quā doqz vocatur sacer·et quandoqz non ideo subdyaconi certam ad festandum non habent diez et eorum festum officio celebratur confuso·

De apostolis·Rubrica·

Apostolus grece interpretatur missus latine·inde apostoli dicti sunt quia a cristo missi fuerunt euangelizare per vniuersum orbem ¶ Sane ecclesia in communi de apostolis solemnizat et canit in matutinis·Ecce ego mitto vos et cetera·quia omnes electi sunt simul a domino post sermonem ad eos factum in monte·sicut habetur in matheo·et in marco·q̄ videlicet electi sunt duodecim ¶ De quibusdam tamen facit ecclesia officium proprium·sicut de beato petro·propter priuilegium dignitatis·de beato paulo·quamuis non sit de duodecim·propter priuilegium predicacionis·De beato iohāne propter priuilegium amoris siue virginitatis·et de beato andrea·propter priuilegium crucis quam ita ardenter predicauit·concupiuit·et habuit Per horas capitulum illud·Iā non estis epheseis·capitulo·et illud·Non vos me elegistis·qd̄ est ibidem et illud Beatus vir qui suffer·ia·i·capitulo·et illud·Magnificauit eum in timore inimicorum ecclesiastici·xlv·capitulo et illud·Statuit illi dominus testamentum sempiternum ibidem et illud·In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum·ibidem·et illud·Ibant apostoli gaudentes actuum·v·et illud·Nam quos presciuit et predestinauit conformes·ro·octauo capitulo·a illud·Corpora sanctorum in pace·ecclesiastici·xliiij·capitulo·et illud·Non esurient neqz sicient amplius·apocalipsi·vij·capitulo et illud·Nos insensati vitam illorum·sapiencie·v·et illud·Ipso summo angulari lapide cristo ihesu epheseis·ij·capitulo ¶ Habent autez vigilias et octauas·quia si compatimur et conregnabimus·De hoc dictum est in quarta parte sub quarta feria tercie ferie aduentus·Instācia tamen est de beato iohanne euangelista quo ad ieiunium quod contingit Tuz quia vt dicūt quidam non fuit martir nisi animo·Tum propter festum beati stephani quod est in vigilia festi eius·In vigiliis apostolorum dicitur epistola·Benedictio domini super caput·prouerbiorum·xv·et ecclesiastici·xlv·capitulo Item illa Per manus autem·actuum·v·capitulo et euāgelium·Ego sum vitis·iohannis·quindecimo In festis vero apostolorum dicitur epistola Iam non estis hospites et adue·epheseis·v·capitulo·Item illa·Hij sunt viri ecclesiastici·xliiij·capitulo·Item illa·Scimus quoniam diligentibz deum·ro·octauo capitulo·Item illa·Benedictus deus·et pater domini nostri epheseis·primo·Itē illa·Spectaculum facti sumus ad corinthios·iiij·

capitulo·Item illa· Vnicuiq; vestrum ad epl̃e
se· quarto· Item alleluia· Ego vos elegi iohā
nis·xv· Item illud· Venite ad me omnes· qui
laboratis·mathei·xi·capitulo· Euangelium ve
ro dicitur·Hoc est preceptum· iohannis ·xv·
capitulo· Illud·Hoc mādo vobis· quod est ibi
dem· Item illud·Ecce ego mitto vos·mathei
decimo·c·Itē illud Facta est contencio·luce·xx=
ij·ca· illud· Designauit dominus·luce·xv·capi
tulo·et illud·Ego sum vitis vera·iohānis·xv·
capitulo· Item illud· Dixit symon petrus·ma=
thei·xix·capitulo · Postcommunio est · Amen
dico vobis·q; vos qui re· mathei·xix· capitulo
Item illa· Vos qui secu· que est ibidem· Et
nota q; tres apostoli leguntur tantum viui fu
isse rome scilicet petrus paulus et iohannes ⁊
tres euangeliste·scilicet iohannes marcus ⁊ lu
cas· Notandum est eciam apostolos siue cri
sti discipulos· non ideo tantum fuisse passos ·
q uia predicabant de cristo·sed quia ipsum dei
ficatum aiebant sine romanorum auctoritate ·
quod ipsi prohibuerant· Ecclesia olim statuit
fieri communiter festum de omnibus apostolis
incalend· maij·vt dictum est· in ·vj· parte sub
festo apostolorum philipi et iacobi·

De euangelistarum·Rubrica·

Post apostolos ecclesia venerat̃ eciaz
euangelistas qui non tantum predi
cauerunt·sed eciam euangelia scrip=
serunt·Legitur enim gen̄·tercio ca=
pitulo q; fluuius egrediebatur de loco voluptatis · ad irrigandum paradisum · qui diui=
ditur in quatuor capita·scilicet physon· geon
tigrim·et eufraten· Sane allegorice · fluuius
ille euangelica predicacio est que a cristo pro
cedit·a quo generaliter omnis voluptas ema=
nat·Venite inquit ad me omnes qui laboratis
et onerati estis·et ego reficiam vos·et inuenie
tis requiem animabus vestris iugum enim me
um suaue est et onus meum leue·gustate et vi=
dete · quoniam suauis est dominus beatus vir
qui sperat in eo · Recte autem hec predicacio
fluuio comparatur Tum quia reficit abluit
et fecundat·Tum quia fluui9 dicitur aqua flu
ens·et vt salomon ait·Aqua profunda verba
ex ore viri et torrens mundans est fons sapien
cie·qui tam longe lateq; diffluxit· vt mundum
repleuerit vniuersum· Iuxta illud Euntes in
vniuersum mundum et ceter · Qua propter in
omnem terram exiuit sonus eorum et in fi· or ·
te·verba eorum· Hoc irrigat paradisum id est
fecundat ecclesiam iuxta quod dicit apostolus·
Ego plantaui apollo rigauit de9 autem incre
mentum dedit·Hic est enim fons ortorum pu=
teus aquarum viuencium·que fluunt impetu de
libano· Fluuius autem iste in quatuor capita
diuiditur·quia predicacio ihesu cristi· in qua=
tuor euangelia deriuatur· Nam licet scripserit
multi euangelia·quia luca testante multi cona=
ti sunt ordinare narracionem rerum·que in no=
bis completa sūt·tamē non nisi quatuor recep
te sunt ab ecclesia videlicet·Mathei·marci·lu=
ce·et iohannis·quod vtiq; factum est quadru=
plici racione· Primo ad ostendendum duorum
testorum concordiam·Sicut enim in veteri te
stamento vn9 fuit legislator·scilicet moyses ⁊
quatuor maiores prophete scilicet ysaias hie=
remias·ezechias·et daniel·⁊ duodecim mino=
res prophete·⁊ multi sapientes·vt iob· dauid
salomon·⁊ ihesus syrach Ita et in nouo test ·
vnus fuit legislator·scilicet cristus ⁊ quatuor
euangeliste ⁊ duodecim apostoli et alij multi
doctores vt hiero·aug9·ambrosius· et grego
rius·vt per hoc ostendatur q; rota continetur
in medio rote · et duo cherubin sese respiciunt
versis vultibus in propiciatorium· Secūdo p
ministerio quadrige aminadab·de qua sponsa
dicit in canticis·Anima mea turbata est prop
ter q̄drigas aminadab·Aminadab enim inter=
pretatur spontaneus domini· Hic est cristus ·
qui factus homo oblat9 est·quia ipse voluit·
Huius quadriga est euangelica doctrina per
quam eius fama per mundum vehitur vniuer=
sum·cui9 quatuor rote sunt dicti quatuor euan
geliste·propter hanc quadrigam· sponsa id ē
ecclesia·salubri dolore turbatur ad penitenciā
Tercio ad designandum liberacionem generis
humani·a morte quadrifica id est a transgressi
one quadruplici· Prima transgressio fuit man=
dati in paradiso · Secunda legis naturalis·
Tercia legis scripte· Quarta euangelij · Vel
poci9 peccatum fragilitatis per impotenciam
simplicitatis per ignorancam·securitatis per
negligenciam·⁊ malignitatis per inuidiam·Dis
enim quatuor modis peccandi anima moritur ⁊
seperatur a deo·Quarto pro ministerio forme
q̄drige· Sicut enim inter ceteras formas q̄dra
tum·sic inter ceteras doctrinas euangelium so
lidi9 ⁊ stabili9 perseuerat· Nam illud vndiq;
stat·⁊ ideo legitur apoca·xxi·capitulo q; ciui=
tas in quadro posita est·⁊ illud propter sta bi
litatem appellatur eternum·per cuius graciaz
homo quadratur in moribus · et in virtutibus
solidatur Ceterum istorum pocius quam
aliorum euangelia recepta sunt·Tum quia ip
si diligencius et aperci9 historiam euangeli=
cam descripserunt Tum quia licet aliquan=
do varia seu diuersa·nunquam tamen contra=
ria seu aduersa scripserunt·Tum quia isti qua/
tuor animalium figuras in visione iohannis et
ezechielis prefigurati fuerunt· ezechielis ·i·
capitulo·Mathe9 per hominem·eo q; eius intē
cio precipue circa scribendam cristi humanita=
tem versatur·Vnde eius liber ab humana cristi
natuitate sumit exordiū· Liber inquit genera
cionis ihesu cristi et cetera·Marcus per leonē
in deserto rugientem·eo q; eius intencio preci
pue circa describendā eius resurrectionē ostitit

Vnde eius euangelium antonomastice in die re=
surrectionis legitur. Dicitur enim q leo rugi=
tu maximo tercio die suos excitat catulos. ita
deus pater. immensa potencia sua filium suum
tercia die suscitauit. Vnde et marcus ab exclama
cione incipit scilicet a predicacione iohannis
in deserto clamantis et dicentis. Vox claman=
tis in deserto. Et scias. q marcus fuit longo na
so subducto supercilio. pulcer oculis. calvus bar
ba prolixa habitudinis optime. etatis medie.
canos aspersus. Lucas per vitulum eo q preci
pue circa describendam cristi passionem eius in
tencio versatur. in qua cristus se obtulit hosti
am deo patri. idem ipse sacerdos et hostia. vi=
tulus enim erat hostia sacerdotalis. vnde a sa=
cerdocio incipit dicens. Fuit in diebus herodis
regis iudee sacerdos quidem et cetera. Iohan
nes per aquilam. quia ceteris cum domino gra=
dientibus ipse in celum ad describendam cristi
diuinitatem volauit dicens. In principio erat
verbum. De hoc dictum est in prima parte sub
titulo. de picturis. Hee siquidez quatuor prin
cipales intenciones designate sunt. per figuras
illorum quatuor animalium quorum quodlibz
secundum visionez ezechielis quatuor habet fa
cies quoniam omnes de singulis agunt. licet q
dem principaliq de quibusdam. presertim cum
omnes agant de cristo. cui quatuor ille figure
conueniunt. Fuit namqz homo nascendo. vitulq
moriendo. leo resurgendo. aquila ascendendo.
Hue vt melius intelligas ymagina aliquod a=
animal habens caput quadratum. et in qualibz
superficie. ymagina vnam faciem. videlicet a
parte anteriori. faciem hominis a dextris faci
em leonis. a sinistris faciem vituli. a parte po=
steriori faciem aquile. Quia vero facies aquile
super alias eminebat propter longi colli pro
ductionem. ideo dicitur q erat de super. Quod
libet eciaz horum habebat quatuor alas. Finge
enim quodlibet animal quasi quadratuz. in qua
dratu sunt quatuor anguli. a in quolibet angu
lo erat vna ala. Porro hij quatuor significati
sunt per predicta quatuor flumina. Per phi=
son. iohannes. Per geon. mathe9. Per tigrim
marcus. Per eufraten. lucas. sicut enim clare
probat innocenciq tercio de euangelistis in s=
mone. Sunt eciã significati per ãtuor anulos
arce. qui aurei et rotundi erant. in auro clari=
tas. in rotunditate que inicio caret et fine. de=
signatur eternitas. Ipsi enim eternam cristi
claritatem. et claram eternitatem describunt.
Per duos anulos a sinistris due euangeliste sci
licet mathe9. et iohannes. qui ab ipso cristo fu
erunt edocti significantur. Quidam tamen per
duos anulos a sinistris. matheum et iohannem
qui adhuc passibili et mortali adheserunt acci=
piunt. Per duos a dextris. marcum et lucaz qui
post ascensionem ei iam facto immortali et im=
passibili adheserunt accipiunt. Per sinistram e
nim mortalitas. per dextrum immortalitas de=
signatur. Secundum illud. Leua eius sub capi=
te meo. et dextra eius amplexabitur me. Et p=
pter hanc causam in picturis ecclesiarum Pau
lus ad dextram. et petrus ad sinistram statuun
tur saluatoris. et in bulla papali caput pauli a
dextris crucis. et caput petri a sinistris. ¶ Sa
ne in q̃busd̃ ecclesijs antiphona ad magnificat
in eorum officio est. Ecce ego iohannes vidi o
stium apertuz in celo et cetera. apocalipsi quar
to. Per horas autem dicitur capitulum. In me=
dio ecclesie aperuit os eius. ecclesiastici. xv. et
illud. Cibauit illum dominus pane vite et intel
lectus. ibidem. et illud. Jocunditatem et exulta
cionem thezauri. quod est ibidem. ¶ Omnia re
sponsoria sumpta sunt de ezech̃. Primum est d̃
visione dei scilicet. Vidi conuinctos et cetera.
In laudibus vero habetur de ministerio predi
cacionis eorum dilecti deo et hominibus et ce=
tera ecclesiastici. xlv. capitulo. Introitus mis=
se proprie est. Os iusti meditabitur sapienciam
Tamen iohannes euangelista habet introituz
proprium propter priuilegiũ amoris et digni
tatis videlicet. In medio ecclesie aperuit os eiq
et cetera. quia ipse non tantum fuit euangeli=
sta. sed eciam prophceta. quod patet in princi=
pio libri apoca. vbi dicitur. Beatus qui legit
et qui audit verba prophecie huius. et seruat
ea que in ea scripta sunt et cetera. Notandum
tamen est q̃ iste introitus propter priuilegiuz
predicacionis secundario competit augustino.
gregorio et alijs expositoribus. Epistola in q̃=
busdam ecclesijs est de figura quatuor animali
um. Ecce ego iohannes. vidi ostium apertum
apoca. quarto capitulo. Alie ecclesie dicunt il
lam ezechielis. i. capitulo. Similitudo vultus
et cetera. ¶ Responsorium est. Beatus vir qui
timet dominum et cetera. Versus est. Potẽs in
terra erit semen eius et cetera. quod intelligi=
tur de semine verbi dei. et bonorum operibus.
Sequitur. Generacio rectorum benedicetur.
quia euangeliste generant filios dei qui benedi
cuntur. ¶ Alleluia in quibusdam ecclesijs est.
Ad spon dicet. ecce assum. et hierusalem euãge
listam dabo. ysa. xli. capitulo. ¶ In alijs vero
ecclesijs dicitur alleluia. Beatus vir. Euangeli
um est. Designauit dominus a alios septuagin
taduos discipulos. luce. x. capitulo. a sequitur
Et dicebat illis. Messis quidam multa operarij
vero pauci. ¶ Offertorium est. Posuisti domi
ne super caput et cetera. ¶ Postcommunio est.
Magna est gloria eius in salutari ã̃.

De martiribus. Rubrica.

Martir grece dicit̃ testis latine. Mar=
tires enim testes sunt. q cristus pas=
sus est pro omnibus. et ipsi pro cri=
sto. Sane solus beatus laurencius in
ter martires vigiliam habet et octauam prout
sub festo eius dictum est. Omnes eiũ martires

singulares habent communia officia exceptis
stephano·laurēcio·iohanne baptista·ꝛ alijs q̄
busdam·Et ē introit9 ad missam· Gloria et ho
nore coronasti eum dñe vel· Sapienciam sanc=
torum ecclesiastici·xliij·capitulo vl' iudicabūt
sancti sapiencie tercio capitulo vl'· Sacerdotes
dei·danielis·iij·vel· Letabitur iustus hoc tamē
in paschali tempore habent aliud officium· eo
q̄ in illo tempore oportet q̄ frequenter repe
tatur alleluia ꝓpter gaudiū resurrectiōis · Et
tūc ē introit9· Protexisti me a conuētu malig
nancīū aē·Et q: corona debet eis tāq̄ victori=
bus·iō sepe fit mēcio 8 corona· Vñ stephan9 i
terpretatur coronatus·¶ Epla vero q̄ñq̄ 8r
ꝑ vno martire· Iust9 cor suum·eccli·xxxix·ca·
q̄ñq̄ illa· Beat9 hō qui inuenit sapienciā pro
uer·iij·c·q̄ñq̄·iustorū aīe sapiēcie·iij·c·q̄ñq̄ il
la· Iust9 si morte pōcu·q̄ est ibi8·iiij·c·q̄ñq̄ il
la· Beat9 vir q̄ in sapia·eccli·xiiij·c·et·xv·q̄ñq̄
illa· Bñdict9 de9 ꝛ pat' ad corinth·i·c·q̄ñq̄ il
la· Memor esto·ij·ad thi·ij·c·q̄ñq̄ illa· Seo mi
litans·que est ibi8·q̄ñq̄ illa· Beat9 vir qui in
uent9 ē eccli·xxxi·c·q̄ñq̄ illa· Bñdictio dñi sup
caput·puer·xv·c·q̄ñq̄· Stabūt iusti sapie· v
c·¶ Euāgeliū vo 8r q̄ñq̄· Si q̄s vult p9 meve
nire·math·xvj·c·q̄ñq̄ illud· Si q̄s vent ad me
luce·xiiij·q̄ñq̄ illud· Nisi ḡnum iob·xij·c·q̄ñq̄
illud· Nolite arbitrari math·x·q̄ñq̄ illud· Nic
hil opertū q8 ē ibi8 q̄ñq̄ illud· Si quis vent
ad me et non odit·luce·xiiij·c·¶ Pro pluribus
vero martiribz 8r q̄ñq̄ epla· Lingua sapienci
um·puer·xv·c·q̄ñq̄ illa· Bñdict9 de9 ꝛ pat'
domini nostri ihesu cristi·prima pe·i·c·q̄ñq̄·
Iustorū aīe·sapie·iij·c·q̄ñq̄· Memento rationi
p̄stinos dies·hebreorū·x·q̄ñq̄· Sancti p fidez
heb·xi·c·q̄ñq̄ Expectacio iustorū leticia puer
biorū·xi·q̄ñq̄· Bonij fūt viri·eccli·xliij·ca·q̄ñq̄
absterget de9 apoca·vij·c·q̄ñq̄· Reddet de9
sapie·x·c·q̄ñq̄· Iusti aūt inꝑetuū viuent sa=
piencie·v·q̄ñq̄· Quis nos seperabit a caritate
cristi·ad ro·viij· Alleluia ē bonij fūt due oliue a=
poca·xi·¶ Euāgeliū vero q̄ñq̄ 8r· Cum audi
eritis prelia luce·xxi·q̄ñq̄· Descendens ihesus
de monte luce·vj·c·q̄ñq̄ videns ihesus turbas
mathei·v·quando q̄·Egrediente ihesu de tem=
plo mathei·xiiij·c·quando q̄· Attendite a fer=
mento phariseorum luce·xij·c· quando q̄ illud
Sedente ihesu super montem olivet·mathei·xx
iiij·capitulo quando q̄ illud· Ve vobis qui edi
ficatis·luce·xij·capitulo quando q̄ illud· Qui
vos audit·luce·x·quando q̄ illud· Confitebor
tibi pater·mathei·xi·capitulo·¶ Dicitur post
communio· Amen dico vobis·quod vm·mathei
v·capitulo·quando q̄· Et si coram hominibus ·
sapiencie·iij·c·quando q̄· Quicūq̄ fecerit·ma
thei·xij·c·quando q̄· Dico autem vobis mathei
x·c·q̄ñq̄· Signa autem marci·vltē·c· et q̄ñq̄
Multitudo luce·vj·c·¶ In nocturnali vero of
ficio· Primum responsorium est· Iste sanctus
ꝑ lege dei fuit certauit vsq̄ ad mortem aē· et
est quinti tonī· quia petulancia quinq̄ sensuū
fuit mactata in eis· In tempore vero paschali
primū responsorium est· Beat9 vir qui metuit
dominum·et est octaui toni ꝓpter octauam que
significat gloriam resurrectionis · quia sancti
martires in tollerandis tormentis se habuerūt
constanter· et constancia a solo deo est ideo ils
lud·responsoriū· O veneranda martirum aē·cā
tatur pro eis·et est quinti toni·q: martires q̄ñ
q̄ sensus deo immolauerunt·¶ De martiribus
eciam cantatur illud responsorium·Fulgebunt
iusti et tamquā scintille in arundineto discur=
rent vidi·na·et reg·in eternum aē·sapiencie·
iij·capitulo· Iusti fulgebunt in futuro diuer=
sis beatitudinibus·prius tamē in hoc seculo di
scurrent id est per diuersas mundi partes· cur
sitando diuina verba alijs annunciabunt· et hoc
faciunt more scintillarum discurrencium per a
rundinetum· sicut enim scintille seu fauille ig=
nis arundinetum·id est materiam fragilez arū
dinum atterunt·et annichilant· sic ꝛ sancti sua
predicacione ignita id est diuino igne accensa
vicia que respectu forcium virtutum fragilia
sunt destruent· iudicabunt id est dominabunt
naciones id est illos qui in peccatis suis pman
serunt· et regnabūt in eternum id est in eterni
tate cum deo recipient immortalitatem et im=
passibilitatem·ceteraq̄ virtutes·¶ Rursus i
bijs verbis exprimitur stola carnis quam sanc
ti recipient·que consistit in quatuor scilicet in
claritate subtilitate·agilitate et ipassibilitate
Nam fulgebūt clari et tamq̄ scintille· subtiles
in arūdineto discurrent agiles· et regnabit do
minus eorū impetuū·et ipsi cum dño impassibi
les· Nam absterget deus omnem lacrimam ab o
culis sanctorū aē·ymo exultabunt in gloria·et
de in cubi·suis quod ad stolam spiritus referē
q̄ eciam recipiunt sancti· Et nota arundinetuz
est locus·in quo sunt multe arundines siue can
ne sicut in paludibus· Flante autem austro ex af
fidua confricacione arundinum ignis accendit
scintille vndiq̄ aduolant·et accenditur arundi
netum· quod allegorice contingit in sanctis·
¶ De martiribus eciam cantatur· Circuierunt
in melotis·q·d·impera· Melota·te·est vestis
facta de pilis cuiusdam animalis·quod melota
vocatur siue taxus est enim habitus necessari9
ad exercicia opis· Per horas eciam dicitur ca=
pitulum illud· Beat9 vir qui suffert·iacobi·i·
capitulo et illud· Beatus vir qui inuentus est
sine ecclesiastici·xxxi·capitulo ꝛ illud· Beat9
vir qui in sapiencia morabitur· ecclesiastici·x·
quarto et illud·Iustorum animie sapiencie·v· et
illud·Iusti autem ibidem et illud· Sancti p fidē
hebreorum·xi·capitulo et illud· Potuit enim
transgredi et non est transgressus ecclesiastici
xxxi·c·et illud Corona aurea super caput ei9 ec
clesiastici·xlv·ꝛ illud· Stolam iocunditatis in
duit· ibidem ibi tñ dicit· Stola glorie et illud
Sāti ludibria ꝛ verbera hebreorū·xi·c·ꝛ illud

Tamquam aurum in fornace sapiencie·iij·capitulo et illud·Qui·iij·sunt qui venerunt de tribulacione sapiencie·vij·c·et illud·Non esurient neq; sicient ibid·a illud·Justi tulerunt spolia ipiorum sapiencie·x·c·et illud·In domis iustorū exaltabitur ciuitas puerbiorū·xi·c· Illud eciā sciendum est·q; ecclesia celebrat festum quorūdam martirum ve·testa·put dictum est de festo machab·

De confessoribus·A·

Confessores dicuntur laudatores· licet autem tam martires·quam virgines quam eciam omnes sancti·veri sint cristi confessores·martires tam in irascibili vincunt·transcendunt et suplucrātur speciale gaudium martirum· Et virgines quia vincunt in concupiscibili nomen virginuz et doctores quia alios superant in racionabili doctorum· et hinc est·q; martires et virgines et doctores aureola decorabuntur· Sane confessores distinguuntur in episcopos· et in presbiteros· De episcopis dicitur introitus· Statuit·ecclesiastici·xlv·capitulo·et epistola· Ecce· sacerdos magnus·ecclesiastici·xl·quarto ipsi enim sunt magni sacerdotes et illud de episcopis dicitur· Inuenī dauid seruum meum·oleo sancto meo vnxi eum quia non tantū vncti fuerunt in baptismo et in confirmacione et ordinacione in presbiteros·sed eciam in cōsecracione in episcopos·vt habeant misericordiam superefluentem· et officia illa que incipiunt sacerdotes·proprie competunt episcopis·cetera sūt omnia et plura sunt responsoria octaui toni quia afflixerunt·et crucifixerunt carnem suam vicijs et concupiscencijs propter octauam resurrectionis· Rursus de confessoribus dicitē quandoq; epistola·Dilect9 deo ecclesiastici·xlv capitulo·quinq;· Testificor coram deo· ad timotheū quarto quinq;· Plures facti sunt sacerdotes·ad hebre·capitulo·vij· quandoq;· Dedit dominus confessionem ecclesiastici·xlvij·capitulo·quandoq;·Justus cor suum· que est ecclesiastici·xxxix·capitulo quandoq; Sapiencia laudabit animam·ecclesiast·xxquarto capitulo·quandoq;·Justum deduxit domin9· sapiencie decimo capitulo quandoq; ·Doctrinis varijs· ad hebre·xiij·capitulo quandoq;·Ego enim iā deliboz·Alleluia·Just9 germinabit·psa·xxxv· Euangelium vero dicitur quandoq;· Sint lumbi vestri precincti·luc·xij·quandoq;·Vigilate·mathei·xxquarto quādoq;·Homo peregre mathei·xxv·quandoq;· Videte et vigilate·marci·xiij·quandoq;·Homo quidam nobilis·luce·xix·quandoq; ·Nemo accendit lucernam·luce·xi·quandoq;· Vos estis sal terre·mathei·v·caq̄nq;·Nolite timere pusill9 grex luce·xij·c· Postcōmunio ē·Cum talēta mathei·xxv·a q̄nq;·Fidelis seruus·mathei·xxiiij·c·a luce·xij·ca Per horas ivo dr capl'm illud·Ecce sacerdos·eccī·xliiij·c·a illud·Benedictionez omnium gentiū·quod est ibidez·a illud·Cognouit euz ibidez·et illud·Justum deduxit sapiencie·x·c· et illud·Justus cor suum·ecclesiastici·xxxix·et illud·Magnificauit eum in aspectu regum·ecclesiastici·xlv·a· sed q; hic dicitē magnificauit dr ibi glorificauit·a illud·Labia sacerdotis custodiūt· malach·ij·et illud ·Non est inuentus simil' illi·eccī·xliij·c·et illud·Fungi sacerdocio a habere laudē·eccī·xlv·c·a illud Talis decebat vt esset nobis pontifex ibid·e·et illud· Collaudabunt multi sapienciam ei9· et vsq; in seculum non recedet memoria eius· ecclesiastici xxxix·et illud·Honestauit illum in laboribus· sapiencie·x·b·et illud·Custodiuit illum·ab inimicis· quod est ibidem c· Illud autem notandum est·q; si plura festa in eadem die concurrant illius qui inter eos maioris erit nominis officium celebretur·de hoc dictum est in p hemio huius partis·

De virginibus·A·

Officium matutinale maxima ex parte sumitur de psalmo epytalamito scilicet·Eructauit cor meū·in quo agitē de laudibus sponsi et sponse· Virgines enim sunt sponse cristi·qui sequuntur agnuz quocumq; ierit in corpore a in anima ꝓpter integritatem corporis a anime· Notandū aūt est q; illud responsoriū quod est de sponso scz Audiui vocem de celo ac·qd ī quibusdaz ecclijs dr·ē pmi toni quia vnicus est sponsus anime xpi cristi· et sumitur de math·xxv·Illud vero quod est de contemtu mundi scilicz·Regnuz mundi a omnem ornatum seculi contēsi ac·est quinti toni·quia ibi ostenditur conculcacio quinq; sensuum·De virginibus eciam cantatur illud· Fulcite me floribus·cantico· secūdo ca· quod est expositum in·v·parte sub ti·de sexta In quibusdam ecclesijs dicunt versiculum de virginibus illum·Elegit eam deus·et preelgit eam· Sed alij rectius considerantes·q; sola beata virgo maria preelecta est in honorem eius tantuz dicunt illum·pro alijs virginibus dicunt· Elegit eam deus ·et dilexit eam· Per horas eciam dicitur capitulum illud· Qui Gloriatur prima corinth·secundo·et prima corinth· decimo capitulo·et illud·Emuloz enim prima corinth vndecimo·et illud· Sapiencia vincit sapiencie octauo·et illud·Memorati sunt domine misericordie tue ecclesiastici·li·et illud· Liberasti me a perdicione·ibidem ·et illud·Accinxit fortitudine lumbos suos prouerbiorum tricesimoprimo· In officio misse si sit virgo et martir ꝓ prium officium est ·Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum et cetera·Alia cōmunia sunt·excepto q; de beata agata dr itroitus Gaudeam9 oes i dño ꝓ eo q; ipa excellent' letissima venit ad passiōez·sic de ea scriptū ē· Agata letissima a gl̄ianter ibat in carcerē·iō ei9 leticie nostrā leticiam sociam9 a cum ea in dño

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

congaudemus. ¶ De beata eciam agnete offi=
cium missae est. Ne expectauerunt. Racio quare
potest ex eius legenda haberi. ¶ Et nota q̃ de
virginibus dicitur q̃nq̃ epl̃a. ¶ Confitebor tibi
domine ecclesiastici. li. c. quãdoq̃. Qui gloria
tur. i. ad corinth̃. x. quandoq̃. Domine deus
meus exaltasti. ecclesiastici. ij. quandoq̃ sapiẽ
cia laudabit animam. scilicet sapiencie. xxq̃rto
quandoq̃. Sapiencia vincit maliciam sapien=
cie. octauo quandoq̃ de virginibus p̃ma ad co
rinth̃. vij. quandoq̃. Dominus possedit me. p
uerbiorum. octauo. Alleluia et post communio
Quinq̃ prudentes. mathei. xxv. capitulo. Euã
gelium quandoq̃ dicitur. ¶ Simile est regnũ
celorum thezauro ab. mathei. xxquarto capi=
tulo quandoq̃. Simile est regnum celorum. x.
virginibus. mathei. xxv.

De festo dedicacionis.

Quoniam in parte primia dictuz est q̃
liter ecclesia dedicanda sit restat vt
hic aliqua de officio quod in festo d
dicacionis ecclesiarum dicitur subici
amus. Festum ergo illud solemniter ab ecclesia
celebratur. de quo in iohanne habetur. facta
sunt encenia id est festa dedicacionis in hiero=
solimis. et ihe sus ambulabat in templo. in por
ticu salomonis ad confirmacionem illius festiui
tatis. Et dicitur porticus salomonis. quia sa=
lomon solebat ibi orare. et ibi orauit in die de
dicacionis. ¶ Hoc eciam festum in veteri te=
stamento fiebat. Vnde legitur in primo libro
machabeorum capitulo quarto. Elegit iudas
machabeus sacerdotes sine macula et mundaue
runt sancta. Ecclesia enim militans potest mũ
dari sed non triumphans. Augustinus dicit in o
mel. super predicto verbo. Facta sunt encenia
illum diem quo templum dedicatum est. iudei
solemniter celebrant. Celebrauerunt autem
iudei encenia octo diebus. quare videtur q̃ nos
similiter festum dedicacionis debemus octo die
bus solemnizare. Sed mirũ est. quare octo die
bus celebrauerunt encenia. cum pascha et ceno
phegiam nõ celebrauerint nisi per septem dies
tantum. Ad hoc est responsio quia hec festiui=
tas specialiter significat eternam dedicacionez
in qua ecclesia illa scilicet anima sancta. ita deo
dedicabitur id est copulabitur vt non possit ad
alios vsus transferri. q̃ erit in octaua resurrec
tionis. et in nouo testamento. non habet hoc fe
stũ octauas. ¶ Hec ecclesia construitur in bap
tisma. et in doctrina. et in penitencia. Hic enim
auditur securis et omnis generis ferramentuz
id est omnia genera flagellorum. et disciplina
rum scilicet in hac ecclesia militãte. que per ta
bernaculum moysi significatur. Tabernacula e
nim militancium sunt. Templuz vero illud salo
monis significat ecclesiam triumphantem. in q̃
hec non audiuntur. ¶ In matutinali officio di=
cuntur illi psalmi. in quibus fit mencio de por=
tis que specialiter sunt timor et amor. sicut ha
betur in psalmo illo. Domini est terra ibi. At=
tollite portas principes vestras cõ. Item illi in
quibus fit mencio de altari. sicut in psalmo illo
Iudica me deus et discerne. Item illi in quibz
fit mencio de ciuitate. vt sunt illi. Deus noster
refugium cõ. Magnus dominus noster cõ. Item
illi in quibus fit mẽcio de atrijs et de portis vt
sunt illi. Quam dilecta tabernacula cõ. Funda
menta eius in montibus sanctis cõ. ¶ Sed que
ritur quare tunc dicitur psalm ille. Domine de
us salutis mee cõ. ad quod quidam dixerunt q̃
ideo. quia ibi fit mencio de sepulcris. sed hec ra
cio non valet. quia ibi non fit mencio de talibus
sepulcris. in quibus habitant siue sepeliuntur
corpora fidelium iuxta ecclesiam. sed de sepul=
cris malorum vnde dicimus q̃ ille dicitur p̃s. eo
q̃ est psalmus penitencionalis. et specialiter
ibi de oracione habetur que in ecclesia facienda
est. Vnde ibi dicitur. Intret oracio mea in con
spectu tuo. Dicit autem dominus de ecclesia. do
mus mea domus oracionis vocabitur. Octauus
vero p̃s. est. Qui habitat in adiutorio altissimi
id est in ecclesia quia ibi dicitur. altissimum po/
sisti refugium tuum quia super omnes mon=
tes in vertice montium fundata est ecclesia. ¶
Vltima vero antiphona scilicet ad magnificat
in vesperis est. Pax eterna quia ad hoc celebra
tur dedicacio. vt dedicemur et habeamq̃ illam
pacem eternam. Per horas autem dicitur capi
tulum illud. Vidi ciuitatem apoca. xxi. ca. et il=
lud. Ecce tabernaculum. q̃ est ibidem et illud.
vnusquisq̃ propriam mercedez prima corinth̃
tercio et illud. Fundamentum aliud nemo po=
test ponere. corinth̃. tercio capitulo. ¶ Bene
huic festo competit. q̃ iacob vidit scalã. et an
gelos ascendentes et descendentes id est totaz
ecclesiam vidit vna visione. et erexit lapidez id
est cristum. qui est lapis in summo. et est lapis
angularis et fundamentuz. qui omnia sustinet
Erexit in q̃ in titulum preconialem memoriale
et triumphalem. fundens oleum desuper. Sicq̃
dem iacob id est prelatus. fundit oleum super
lapidem id est cristum ad ostendendũ eiq̃ crisma
ta. Et idem prophetauit iacob dicens. Terribi
lis est locus iste. non est hic aliud. nisi domq̃ dei
et porta celi. vere dominus est in loco isto. et
ego nesciebam. ¶ Terribilis est enim ecclesia
demonibus. propter dei similitudinez quaz ha
bet. et propter hoc ad missam est introitus. ¶
Terribilis est locus. iste. genesis. xx octauo.
Sequitur. Et vocabitur aula dei. hoc apposuit
beatus gregorius. de suo. pro eo q̃ ibi paratq̃
est deus exaudiri sicut dixit dominus salomoni
in. regum. xiij. Exaudiui oracionem tuam cõ. ¶
Quare autem terribilis sit ostenditur in versi=
culo. Dominus regnauit decorez induit scilicet
in membris suis. et ideo terribilis est ecclesia
demonibus. In consecracione vero altaris est

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

introitus. Dicit dominus sermones mei. psa. lix capitulo. et. lvj. c. Epistola vero apoca. xxi. capitulo. vidi ciuitatem sanctam hierusalem ꝛ cetera. Responsorium est. Locus iste scilicet ecclesia materialis sanctus est. quia sanctificata est. ad hoc. vt ibi dominus exaudiat preces. et ideo prestat orantibus sanctitatem. Salomon enim orauit. vt dominus orantes ibi exaudiret et dominus dixit. Exaudita est oracio tua hoc eciam significatur est tercio. Regum octauo capitulo vbi salomon dedicato templo ait. Quicũq; orauerit in loco isto. exaudies in loco tabernaculi tui in celo. et cum exaudieris propicius eris. Alleluia ē in quibusdã ecclesijs. O quã metuendus ē. geñ. xx viij. c. Euangeliũ vero ē Egressus ihesus luce. xix. c. eo q̃ habet̃ hodie salus domui huic facta est in quibusdaz tñ ecclesijs legitur euangeliũ de math. in quo habetur Et non potuerunt subuertere domum illam. Fũdata enim erat supra firmam petram. Sequit̃ offertorium de verbis dauid in palipomenõ. i. vlt. c. Vel secundũ alios fũt verba salomonis. Domine deus in simplicitate cordis mei. letus obtuli vniuersa hæc. Obtulerat enim sacrificia inestimabilia que significant bonas operacões siue cogitaciones et bona desideria. que inestimabilia sunt et numero et precio. Sequit̃ post communio. Domus mea ꝛc. psa. lvj. ꝛ math. vij capitulo. Nota si festum dedicacionis ecclesie ocurrerit in passione domini. fit in sequenti ebdomada. Si vero in festo ascensionis et de ascẽsione fieret officum. et officiũ dedicacionis differetur. Salomon enim dedicauit templũ duodecima die mensis. et decima die mensis occurrebat ceno plegia celebrauit autem dedicacionẽ templi per septem dies. et prorogauit cenoplegiam vsq; post dedicacionem.

Sequitur octaua pars de cõputo et calẽdario et de pertinentib9 ad illa.

Quoniam sicut ait beatus augustinus sacerdotes computum scire tenentur alioquin vix in eis sacerdotis nomen constabit sub quo vbo noticiã cursus temporis lune ac calendarij intelligimus. Quoniaz computus est sciencia certificandi tempus secũdum solis et lune progressum. idcirco ad simpliciuz sacerdotum instructionem in hac octaua et finali parte. de hoc aliqua claro compendio perstringemus. prout ad vsum ecclesie dinoscitur pertinere. Dicitur autem computus a computo. tas quia in ipso computando procedimus nõ quia in ipso computare deceamur. Et est duplex cõputus. scilicet astronomicus seu philosophic9 et vulgaris. seu ecclesiasticus. sed de astronomico nil ad presens Vulgaris computus est sciencia distinguendi temp9 certa racione siue sciencia temporis discretiua secundum ecclesie vsũ Tempus vero prout hic sumitur est secunduz tulium quedam quantitatis anni. mensurni. diurni seu alterius spacij. Vel tempus est mora motus rerum variabilium cuius partes decem esse dicuntur. scilicet ann9. mensis. septimana. dies q̃drans hora. punctũ. momentũ. vncia et athom9. Annus continet. xij. menses et. lij. septimanas. et diem vnam. et trecentos sexaginta quinq; dies et sex horas. mẽsis otinet quatuor septimanas vl' pauloplus. Septimana. vij. dies. Dies quatuor q̃drantes. Quadrans sex horas. Hora quatuor puncta. Punctum decem momenta. Momentum duodecim vncias Vncia. xlviij. athomos. Athomus indiuisibilis est. Nam thomos grece diuisio dicitur. vnde athomos grece indiuisio latine. Anni ergo solaris fere duodecima pars mẽsis est. Septimana vero est fere q̃rta pars mensis. Dies naturalis. septima pars septimane. Quadrãs q̃rta ps diei naturalis. Hora sexta pars q̃drantis. Punctum q̃rta pars hore. Momentum decima pars pũcti. Vncia duodecima par momẽti. Athomos xlviij. pars vncie. Est ꝛ alia tẽporis diuisio. scilicet per euum. per etatem. per seculum. per lustrum per olimpiadem. et per indicionem. de quibus infra dicet̃. Ceterum tria fũt tempora annorum siue triplex est annus scilicet solaris lunaris et magnus. De quibus preuidimus in hac octaua pte tractare. que duas principaliter habet ptes in quarum prima agitur de ãno solari. et de magno. In sda vero de lunari.

De anno solari. A.

In hac prima hui9 operis parte de anno solari tractatur. Que in quatuor subdiuidit̃ particulas. In quarum prima agitur quid sit annus. De inicio anni. De multiplici anno. De duodecim signis. De bisexto. De quatuor anni temporibus. et de ieiunijs illorum. De solsticijs. et de equinoctijs. De magno anno. De era. De olimpiade. De lustro. De etate. De seculo. et de euo. In secunda parte agitur de mense. De calendario. De nonis. De idubus. Vnde et qualiter dies denominentur. De diebus egypciacis et canicularibus. In tercia agitur de septimana. et que sit litera calendarum cuiuslibet mensis. in qua die septimane quilibet mensis incipiat. et ꝸ literis dominicalibz. De regularibus solaribus. De concurrentibus et. De indicione. In quarta agitur de die. de momento. et. De hora.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf